D. O. M. A.

EXERCITATIO PRACTICA
Conſcientiæ moderatrix,
In quæſtione:

Utrum Studioſus Theologiæ Salva Conſcientia Theologiæ Studium deſerere & Jurisprudentiæ aut Medicinæ ſe conſecrare poſſit.

Quam

PRÆSIDE

DN. JO. FRID. MAYERO,
S. Theol. Doct. & Prof. Ordin. Alumnor. Electoral. Ephor. Templi OO. SS. qvod ad arcem eſt, Præpoſito Subſtituto &c.

DN. PATRONO ET PRÆCEPTORE pietate omni ætatem devenerando,

Die Februarii,

Solemni diſputationis ritu proponet

BENJAMIN POTZERNE, Sedin. Pomer.

Anno 1687.

WITTEBERGÆ,
Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typogr. 1711.

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

58700 (5)

DESCRIPTIO ARGUMENTI.

§. I. *DEUS ordinavit ſtatus & propagavit.* §. II. *qvi ex intentione divina diſcrepant* & §. III. *ad qvorum qvemlibet interno nutu homines vocat.* §. IV. *continet qvæſtionem ipſam.* §. V. *expendit Subjectum qvæſtionis modificatum.* §. VI. *exponit internam vocationem ejusqve κϱιτήϱια, qvorum* §. VII. (1) *amor erga hoc ſtudium.* §. VIII. (2) *ipſa habilitas & aptitudo ſufficienti eruditione & præſtantibus naturæ donis nixa, ubi ſimul de apparatu Theologi & præcipue Oratoris ſacri agitur.* §. IX. *negat qvæſtionem de ſubjecto ejusmodi ob rationes ſeqventes: qvod illud commutatum ſtudiorum genus arguat* (α) §. X. *præfractam inobœdientiam* (β) §. XI. *conceſſorum à DEO donorum ſuppreſſionem & abuſum.* (γ) §. XII. *inconſtantiam.* (δ) §. XIII. *leves ſæpius cauſas ſubeſſe qvæ rejiciuntur, qvales* (1) *promotionis mora,* (2) *faſtidium ſtatus præſentis.* (3) *ſtipendium exiguum* & (4) *contemtus miniſtrorum verbi: ubi ſimul Theologiæ dignitas aſſeritur,* & *acris adhortatio ſubjicitur ad conjiciendum in conſtantem adverſus S. Theologiam amorem atqve ardorem eos, qvi ambigui hærent.* §. XIV. *exputat caſus, qvi ſvadent, ut qvis Theologiæ ſtudium deſerat utpote defectus internæ vocationis* (2) *maculæ ſupervenientes,* (3) *valetudo qvæ muneri certo imparem reddat* (4) *votum parentum atqve ipſius hominis ſtudioſi inconſideratum.* §. XV. *recenſet exempla virorum Summorum qvi Theologiæ ſtudium ob rationes noviſſime adductas mutarunt, & illorum, qvi interna vocatione ducti à ſtudio juris aut medicinæ aut aliis vitæ generibus ſe ad Theologiam contulerunt.*

 Sapien-

ב ש ש.

§. I.

SApientiſſimo rerum omnium conditori eidemqve arbitro DEO qvamvis nihil omnino vacuum ab ordine relictum ſit, qvod non ita tributum, ut cuncta apprime locata convenienter ſeſe excipiant, atqve ita diſtincta cognoſcantur, ut nihilominus inter ſe conſpirent amice; tamen homines potiſſimum, qvibus dederat divinitatem ſuam mira qvadam ſimilitudine exſcribere, in Societatem coire ejusmodi voluit, in qva ſtatuum diverſitate ab invicem disjungerentur. Revocare ſolent hos divinitus fundatos ſtatus ad ternarium numerum, ut vitam Oeconomicam, Politicam & Eccleſiaſticam complectatur, qvas ſano ſenſu Chriſtiani Hierarchiæ vocabulo indigitant. Jacebant olim in primævo parente Adamo tam regia dignitas, qvam Eccleſiæ flos & conjugii ſemen: in qvo ipſo ut auctoritate inſtituentis DEI ordinati ſunt hi tres ſtatus, ita per longævorum Patriarcharum ſeriem continuati miſſiqve tandem ab inſtauratione mundi & reparatione generis humani in ſecula ad noſtram usqve ætatem devenerunt. In familia Patriarcharum occurrit ante omnia conjugium illorum, qvod illi coluerunt ex divino inſtituto, qvo ſimul Oeconomiam fundabat, & largiſſima benedictione. De qvo ita Moſes *Gen. I. v. 28. Et benedixit eis Deus, dixitqve illis: Creſcite & multiplicamini.* Oportuit deinceps multiplicatis & à ſe invicem digredientibus familiis inter ipſos etiam Patriarchas oriri eam ſocietatem, qvæ eſt non jam parentum & liberorum, mariti & uxoris, heri & ſervi, verum etiam Civium, inter ſe placitis, inſtitutis & imprimis naturali illo ordine imperandi & parendi ſociatorum. Fuiſſe autem ante diluvium locum imperio Politico facile evincere poterimus, dummodo Sethitas inter & Caanitas diſtingvamus; cujus diſtinctionis fundamentum ſufficit *Judas in Epiſtola Canonica v. 8. 11.* ubi illos qvi κυριότητα ἀθετοῦσι, δόξαν βλασφημοῦσι, dicit *inceſſiſſe* τῇ ὁδῷ τοῦ κάιν manifeſto argumento, qvod qvi in viis Sethi inceſſerunt, dominatum non repudiarint dignitatibusqve non maledixerint.

dixerint.

dixerint. Ita ſiqvidem conveniebat Deo juſto orbis Judici, ut res humanas interpoſita temperaret æqvitate & pœnis malorum ac nocentium probos & meliores ſecuros redderet. Qva in re *ἐξȣσία, ὑπερέχȣσα* & *οἱ ἄρχοντες* ſunt *διάκονοι τȣ̃ Θεȣ̃, ἔκδικοι εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι*. Rom. XIII. v. 1. 3. 4. Præterea DEUS qvi Cainum vitæ ſuæ ſecurum reddidit hoc effato: *Qvisqvis occiderit Cainum ſeptulum vindicatur*, Geneſ. IV. v. 15. nonne indicavit, ſe in terris habere vel conſtituere velle *vindicem*? unde & Hebræi diſtingvunt duplicem judicii domum, nullo unqvam tempore deficientem, alteram בית דין של מעלן ſeu העליון domum judicii ſuperiorem, cœleſtem ſeu divinam; alteram, בית דין של מתן ſeu התחתון domum judicii inferiorem, ſeu humanam, qvam diſtinctionem comprobat formula juramenti graviſſimi apud Judæos uſitati:

יהיה בחרם פבפ בשני בתי דינים בעליונים ובתחתונים ;

de qvo vide *Buxtorffium in Lexico Thalmudico* in voce חרם. Poſt diluvium ſtatim memoratur Nimrodus filius Chuſi, nepos Chami, Noæ pronepos qvod fuerit *fortiſſimus in terris, & fortis in conſpectu Jehovæ venator* Geneſ. X. v. 8. 9. qvare autem *in conſpectu Jehovæ?* hæc nonnullis arriſit ratio, ut conſtaret & primam illam monarchiam, qvæ à filio Nino, qvi & Aſſur in ſcriptura dicitur, Aſſyriaca dicta fuit, & tres reliqvas, Medo Perſicam, Græcam atqve Romanam à DEO inſtitutas eſſe atqve adeo qvatuor ſummorum imperiorum auctorem ſummum DEUM agnoſci debere. Qvid? alii Abrahamum, Iſaacum atqve Jacobum citimæ vetuſtatis Patriarchas *Chriſtos DEI 1. Paralipom. XVI. 1. v. 21. 22.* à Davide vocari ſtatuunt. Unde efficere ſtudent fuiſſe eos unctos DEI, adeoqve Reges aut Regum inſtar: qvod & agnoſcit *David Kimchi ad hunc locum* & ex noſtris jam olim *Johan. Brentius in explicatione Catechiſmi p. 113.* ubi analogiam phraſeos oſtendit ex Eſaiæ XLV. 1. qvod *Cyrus Perſarum Rex unctus* qvoqve *Dei vocetur*. Fuit autem Patriarcharum illorum pars officii facile princeps *judicium*, qvo jus & injurias ſui populi diſcernebant. De qvo DEUS ita Abrahamo loqvitur: *Geneſ. XVIII. v. 19. Novi eum, propterea præcepi, & filiis ſuis & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Jehovæ faciantqve juſtitiam & judicium.* Dubium igitur eſſe non poteſt, qvin Patriarchæ ſuis qvoqve jus dixerint, qvod confirmari poteſt exemplo Lothi,

 qvem

qvem duo Angeli convenientes in porta ſedentem offendebant Geneſ. XIX. v. 1. qvod ipſum feciſſe eum ut judicem qvidam Hebræi docent. Poſt exitum usqve ad adventum Jethronis ſolus Moſes judiciis præfuit, qvod profitetur Jethroni. Exod. XVIII. v. 16. Sed poſtea eam curam inter principes tribuum ex conſilio Jethronis divídit. *Devteronom. 1. v. 15. 16.* Ordinavit igitur ipſe DEUS atqve inſtituit Judices, qvi litigantes partes audirent, teſtes reqvirerent atqve ſententiam pronunciarent. *Devter. I. v. 17. Cap. 16. v. 18. 19. Cap. 17. v. 6. 9.* Dedit ipſe leges, ad qvarum normam judicium recte debeat adminiſtrari. *Exodi 23. v. 6. Devter. 1. v. 16. Jeſaiæ I. v. 17. Jerem. 22. v. 3. Amos. 5. v. 15.* Unde *judicis officium Dei* perhibetur eſſe. *Devter. I. v. 18.* Et qvi perſonas judicum ſuſtinent ſerio monentur, *qvid agant, videant, qvod non hominibus*, ſed *Jovæ judicent, qvi ipſis in re judiciaria ſit adfuturus 2. Paralip. XIX. v. 6.* Atqve illorum qvoqve judiciorum vigor novi fœderis inſtrumento confirmatur: ſiqvidem Chriſtus ſerio admonet, ut qvi *adverſarias exercuerunt, in gratiam redeant cum invicem, ne alterum tradat adverſarius judici & judex miniſtro, atqve is in cuſtodiam detur. Matth. V. v. 25.* præterea *arbitrium recuſans ad ordinarium amandat judicem. Lucæ XII. v. 14.* Conf. *Rom. XIII. v. 4.* Ceterum qvod ad Theologiam ſive ſtatum Eccleſiaſticum attinet, ſciendum, qvod Deus ab exordio mundi certos qvosdam homines ad docendi munus vocaverit, Doctoresqve ab Auditoribus diſtinctos voluerit. In Paradiſo ſane primus concionandi munere defungebatur ipſe Deus, Theologiæ atqve adeo miniſterii qvoqve auctor, qvi primævos parentes à perſonato deceptos diabolo ad Spem ſalutis promiſſo mulieris ſemine erigebat, qvod ſerpentis caput contriturum eſſet: poſt ſecuti Doctores, *Adamus, Sethus, Enoſus, Kenan, Mahaleel, Jarethus, Henochus, Methuſalem, Lamechus*, Geneſ. V. Dubium enim non eſt, qvin Adamus liberos ſuos inſtituerit, qvomodo fiduciam in promiſſo ſemine reponere debuerint, exemplo *Caini & Habelis Gen. 4. Temporibus Enoſi cœptum eſt annunciari nomen Jehovæ. Geneſ. IV. v. 26.* eo qvod Caini peccato cultus erat impeditus. Enochum de adventu Chriſti ad judicium in hanc ſententiam: *Venturus eſt Dominus cum ſuis ſanctis legionibus, ut in omnes judicium exerceat omnesqve eorum impios convincat omnium, qvæ pa-*

tra-

truverint impie, *factorum*, *omniumqve qvæ contra eum atrociter dixerint ſontes impii*, prædicaſſe teſtatur *Judas Epiſt. v. 14.* Noachum elogio *præconis juſtitiæ* cohoneſtat Spir. S. *2. Petr. II. v. 5.* Poſt diluvium Patriarchæ inſtauratæ Eccleſiæ lumina exſtiterunt *Sem*, *Arphachſad*, *Sala*, *Heber*, *Peleg*, *Regu*, *Serug*, *Nahor*, *Thara* Geneſ. XI. v. 10. 26. Semum Noæ filium qvidam memoriæ prodiderunt fuiſſe Melchiſedechum, cujus mentio fit *Geneſ. XIV. v. 17. 18.* cui Sacerdotium à Noacho ſit commiſſum, cujusqve ſtirps id decus hæreditarium ſibi fecerit & ad ætatem Aaronis transmiſerit: qvod aſſeritur auctoritate *Hieronymi*, *qvæſtionibus Hebraicis in Geneſin*. Tharam excepit Abrahamus ſummo cum ſtudio ad verum Dei cultum erudiens arcanoqve qvaſi cum DEO commercio imbutus vide ejus hiſtoriam *Geneſ. XI. usqve ad XXVI.* Ejus ex fratre nepos Lothus concionatus eſt Sodomæis. *Geneſ. XIX. v. 14. 2. Petri II. v. 7.* Iſaacus pariter atqve Jacobus altaria exſtruxerunt & Nomen Domini invocarunt. *Geneſ. XXVI. v. 25. Cap. XXVIII. v. 20. Cap. XXXV. v. 8.* Cum purior Iſraelitarum religio ſuperſtitione Ægyptiorum idololatrica contaminata eſſet. *Ezechielis XX. v. 8.* Deus Aaronem Pontificem ſummum conſtituit, Sacerdotes atqve Levitas ordinavit. Ordinarii Miniſtri ſub V. T. poſt datam legem jam inde à Moſe usqve ad tempus correctionis fuerunt *Sacerdotes* & *Levitæ*. Inter Sacerdotes, qvi omnes ex tribu Levi & Aaronis familia, eminebant (1) Pontifices. (2) Principes Sacerdotum. Pontifex unus erat. Principes Sacerdotum erant. XXIV. juxta numerum 24. Claſſium Sacerdotalium: de qvibus *1. Paralipom.* XXIV. conferatur *Voëtius Polit. Eccleſiaſt. Part. II. Lib. II. Tract. III. de miniſtr. Ord. Cap. 1. p. 393.* qvi plura in hanc rem dabit. Qvæ ordinatio divina in populo Judaico ad usqve Chriſti tempora durabat.

Qvoniam vero Sacerdotes Levitici negligentius ſæpenumero officio ſuo fungebantur, Deusqve volebat, ut, qvo propius Eccleſiæ tempora à partu virginis & nativitate promiſſi ſeminis abeſſent, eo clarius vaticiniorum ſucceſſu proponeretur reparandi humani generis myſterium; præter eosdem miſit Prophetas, qvalis fuit Samuel, qvem temporum ſerie exceperunt Jona, Obadia, Eſaia, Hoſea, Joël, Amos, Micha, Nahum, Habacuc, Jeremia, Sophonia, Ezechiel, Daniel, Hagai, Zacharia, Malachia. Interea tamen

tem-

temporis Sacerdotes atqve Levitæ cultui divino præfuerunt apud populum Judaicum, tanqvam divinitus ad Sacra illa munia conſecrati, usqve ad Johannem Baptiſtam. Præcipue vero Deus in N. T. ordinatione ſua Doctores ab auditoribus diſtinxit, inſigniterqve hunc ordinem tutatus eſt. Johannes ſiqvidem Baptiſta mandato Dei concionatoris munus auſpicatus eſt. *Luc. 3. v. 2.* cui ſucceſſit ipſe Chriſtus qvi aqva baptiſmatis, qvam conſecrabat, tinctus ad idem munus publice inauguratus eſt. *Matth. III. v. 17.* qvandoqvidem *Spiritu Domini Jovæ præditus erat; unxerat eum Jova, ipſumqve ad læta inopibus nuncianda miſerat ad medicandum mente fractis, ad edicendam captivis libertatem, vinctisqve ſolutionem carceris. Eſaiæ LXI. v. 1. Lucæ IV. v. 18.* Chriſtum autem cum oporteret paſſione & morte generis humani redimere ſalutem atqve in cœlos aſcendere, ſimul ac docendi munus his in terris ſuſceperat, duodecim Apoſtolos vocavit, eosqve ſua ſacra edocuit. *Matth. IV. v. 17.* qvibus & mandavit, *vaderent doctum gentes omnes. Matth. XXIIX. 19.* Miſit præterea LXX. Diſcipulos ut prædicarent civitatibus Judaicis *Lucæ X. v. 1.* Ceterum cum Apoſtoli mortales eſſent, Doctores, concionatores Presbyteros atqve Epiſcopos deſignarunt ad propalandam ubiqve terrarum Evangelii gloriam comparatos. Conf. *Act. XIV. v. 23. 2. Tim. II. v. 2. ad Tit. I. v. 5.* His Viris Apoſtolicis ſucceſſerunt Eccleſiæ *Patres*, qvos Hiſtoria Eccleſiaſtica recenſet. Et qvoniam DEUS promiſit benigne ſe conſervaturum docendi in Eccleſia munus, ut idem ipſi dies ſit ultimus qvi orbi futurus, certum eſt, eundem qvoqve conſervaturum Doctores & Theologos qvorum miniſterio eccleſia colligatur ſubinde, collecta amplificetur, amplificata ad Divini nominis gloriam propagetur, in qvam ſententiam videri poſſunt loca Scripturæ. *Eſaiæ XXX. v. 20. 21. Eſaiæ LIX. v. 21. Eſaiæ LXII. v. 6.* Promiſerat Chriſtus ipſe Apoſtolis, *ſe ad futurum eis perpetuo usqve ad finem ſeculi Matth. XXVIII. v. 20.* ad qvod cum Apoſtolorum ætas non pertigerit de iis utiqve promiſſum intelligendum, qvi eis in illo munere ſucceſſerunt, qvos *ipſe DEUS pariter conſtituit in Eccleſia alios qvidem Apoſtolos, alios vates, alios Magiſtros* &c. *1. Corinth. 12. v. 28.* qvorſum videatur. *Joh. Henricus Heideggerus* in ראשי אבות *ſive de Hiſtoria Sacra Patriarcharum*, & *Miniſterium Hamburgenſe* im

Qväcker-

Qvacker-Greuel *Cap.* VI. Cordate de tribus his divinitus fundatis ſtatibus loqvitur *B. Lutherus*, cujus integra dabimus ex *Comment. in Geneſ. cap.* XIX. *Inſtituit DEUS tres ordines, qvibus mandatum dedit, ne peccata ſinant impune abire. Primus eſt Parentum, qvi domi ſuæ diſciplinam cuſtodire debent in regenda familia & liberis. Secundus ordo eſt politicus: Magiſtratus enim gladium gerit, ut contumaces & negligentes diſciplinæ vi cogat. Tertius eſt eccleſiaſticus, qvi verbo gubernat. Sic adverſus Diabolum, carnem & mundum munivit Deus genus humanum hac triplici auctoritate in eum finem, ne ſcandala creſcerent, ſed præciderentur. Parentes ſunt ceu Pædagogi, hos, qvi adulti ſunt & negligunt, coercet Magiſtratus per carnificem. In Eccleſia contumaces qvi ſunt, excommunicantur.* Qvæ ſane una è tergemino ordine harmonia tribus qvaſi perſonis Regi Epiſcopo & Patrifamilias adaptata, tam divinitatis ſibi conſcia eſt, *judicante Dannhawero*, qvam ſi qvæ jam olim notata veſtigia & ſimilia, in qvibus Ter-ſanctæ Trinitatis Divinæ aliqvid emicat: ut tamen hic in Deitatis Sphæra principium principatus expers, qvippe cujus ſumma æqvalitas neſcia eſt, illic vero inter homines principatus ſubeſſe intelligatur. Indiviſam perſonarum differentiam in cœlo ſibi DEUS vendicat, in terra vero Hierarchiæ uſu & exercitio poteſtatis juſto mutua deſtinatione in unum effectum collineare deprehenditur.

§. II. Etſi vero, ſi Ordinem naturæ ſpectes hi ſtatus Cœlitus Conſtituti gemini qvaſi & uno nixu excluſi cognoſcantur; tamen vel maxime intentione divina, finibus, ſorte, poteſtate, forma atqve indole diſcrepant. Succincte id oſtendit B. *Gerhard. Loc. Theol. Tom. VI. p. 1. Oeconomicus ordo inſervit generis humani multiplicationi; Politicus ejusdem defenſioni; Eccleſiaſticus ad ſalutem æternam promotioni. Oeconomicus ordo oppoſitus eſt à DEO vagis libidinibus; Politicus tyrannidi ac latrociniis: Eccleſiaſticus hæreſibus & doctrinæ Corruptelis.* Hos autem ſtatus ut finibus diſtinxit, ita & certis perſonis attribuit ſapientiſſimus moderator omnium DEUS, perpetua hac lege, neqvis poteſtate alteri conceſſa ut ſua uteretur. Sic teſtantur ſacrarum litterarum Oracula Sacerdotio per Moſen conſtituto non licuiſſe aliis extra familiam Aaronicam ſive Iſraëlitis ſive proſelytis ſacrificare aliaqve propria ſacerdotibus

munera obire. Manſit nomen loci, *qvô ſtrages edita Ozæ à Jova ſtrati, cum is arcam fœderis boum agitatione nutantem admota manu ſuſtentaret, qva re iratus Jova DEUS eum ibi ob temeritatem apud divinam arcam occidit ac interemit. II. Libro Regum Cap. VI. v. 6. 7. 8.* Qvanqvam minime diſſimulare velimus, id exemplum non adeo comparatum eſſe ad oſtendendum, qvam DEUS ordinis auctor deteſtetur frivolam ſumti alieni officii prævaricationem. Ita namqve *Gisb. Voëtius Politic. Eccleſiaſt. P. II. p. 394. Certum non eſt Uzzam fuiſſe Levitam & cauſam propriam judicii divini fuiſſe tactum arcæ;* Sunt tamen, qvi contendunt hoc factum excepiſſe Uſam, qvod arcam fœderis in triumpho publico absqve vocatione contra Dei mandatum Num. 7. 15. profano auſu tetigerit, inter qvos D. *Laurentius Superintendens qvondam Dreſdenſis,* qvi *in lib. II. Samuelis p. 174.* ita explicat: *Uſa* hat wollen den Ruhm davon haben/ daß die andern alle gedencken ſollen/ wer muß immermehr der ſeyn/ der der Lade GOttes ſo nahe gehet/ & *Buxtorffius in Hiſtoria arcæ fœderis Cap. XVIII. p. 169. Duo notantur præcipue peccata pœnam hanc accerſentia Uſæ, qvod contra præceptum Dei Arcam* (1) *currui impoſuerit & deportarit* (2) *eandem audactius contigerit.* Pari impietate Ozias *vires nactus animo in ſuam perniciem ſuperbit, contraqve Jovam DEUM ſuum peccavit. Nam ad Jovæ aram ſuffitoriam ingreſſus eſt.* Enimvero *ſecuti eum Azarias Pontifex & cum eo Jovæ ſacerdotes octoginta homines egregii, eum adſtantes ita monuerunt: Non eſt tuum, Ozia, Jovæ ſuffire: Sed Sacerdotum Aarone prognatorum, qvi ſunt ad ſuffiendum conſecrati. Exi ex ſacrario, crimen enim committis, nec tibi iſtud apud Jovam DEUM laudi ducetur. Ceterum cum indignatus ſuccenſuiſſet Ozias, thuribulum ad ſuffiendum tenens, enata eſt in ejus fronte lepra 2. Paralip. XXVI. v. 16. 17. 18. 19.* Memorabiles *Joſephus* in deſcriptione hujus hiſtoriæ addit circumſtantias *Lib. IX. Antiqvit. Judaicarum. Cap. XI.* qvod *ſolemnis feſti fuerit celebritas,* cum *à ſuo is officio diſceſſerit, alienum invaſerit, veſtimentis ſe & infulis ornaverit, ſanctuarium adiverit, thuribulum apprehenderit ad aureum altare ſuffitum facturus & ſummi Pontificis munus exſecuturus.* Sed eum divino tandem terrore qvi humano non poterat, coërcitum: *Terram* enim (qvod iterum Joſephus dicto loco adjicit) *ingenti motu concuſſam fluctuaſſe, adeo ut Syria*

tam

tota tremuiſſe nutaſſeqve & plurima hinc inde ruinis operta ædificia fuiſſe dicantur: templum ipſum ſuperne ſciſſum, fulgorem derepente immiſſum oculos Regis perſtrinxiſſe. Sic conſternatus & pollutus Uſias exire è templo, ex Urbe, à conſortio hominum compulſus eſt, ignominia plenus, majeſtate exutus, ab omnibus deſertus & contemtus. Qvis non expaveſcat a vigilantiſſimo DEI judicio? Qvi Sacerdotibus mortem intentat, ſibi ipſe mortem accerſit, qvi thuribulum ſacerdotale rapit, regale ſceptrum perdit, qvi vetitum ſacrarium ingreditur, templo, aula & Urbe expellitur. Adde qvod Apoſtolus Petrus ἀλλοτριοεπισκοπίαν annumeret homicidiis, furtis maleficiis *1. Epiſt. cap. IV. v. 15.* Enimvero ἀλλοτριοεπίσκοπον ſumi pro eo, *qvi alienum temere invadit munus*, auctore Dionyſio Areopagita Epiſt. VIII. p. 783. conſtat. Dicit τὰ ὑπὲρ ἀξίαν non eſſe tentanda etiamſi εἰκότα videantur & ſubjicit: Τί γὰρ ἄτοπον Ὀζίας ἐποίει, θυμιῶν τῷ Θεῷ; τὶ δὲ ὁ Σαοὺλ θύων; τί δὲ οἱ τυραννικοὶ δαίμονες ἀληθῶς θεολογοῦντες τὸν Ἰησοῦν; Ἀλλ᾽ ἐκκήρυκτος τῇ θεολογίᾳ πᾶς ὁ ἀλλοτριοεπίσκοπος, καὶ ἕκαστος ἐν τῇ τάξει τῆς λειτουργίας αὐτοῦ ἔσται. *Qvid enim abſurdi Ozias fecit, cum incenſum Deo obtulit? Qvid Saul, dum ſacrificavit? Qvid truculenti dæmones, cum Jeſum DEI Filium veriſſime prædicarunt? Verum in Theologia ejiciendus Omnis qvi aliena ſpectat, vel qvi alienis inbiat, ſed qvilibet ordinis ſui miniſteriis vacabit.* Omnium populorum ac ſeculorum hiſtoriæ habent exempla, qvæ in deteſtationem πολυπραγμοσύνης largiſſime conferre poſſunt. Notiſſima ſunt monita, qvæ funeſti caſus Funccio atqve Jonæ, Juſti filio, expreſſerunt. Ille qvidem (ut loqvitur *Chytræus in Saxon. Chron.* p. 632.) *ex Concionatore aulico Conſiliarius politicus factus*, & qvidem ſeditioſus ante capitis ſupplicium dixiſſe fertur:

Diſce meo exemplo mandato munere fungi,
Et fuge, ceu peſtem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

Hic Hafniæ Ao. 1567. capite plexus ita fato ſuo, ut auctor eſt *Petrus Lindebergius l. 4. Chron. Roſtoch. cap. 10. p. 129.* indoluit:

Qvid juvat innumeros ſcire atqve evolvere caſus,
Si facienda fugis, ſi fugienda facis?

Ut adeo nemo contra mandatum DEI ἀλλοτριοεπισκοπίαν exercere debeat, niſi Deus legis auctor liberrime eandem diſpenſet, qvomodo

do de qvibusdam V. T. exemplis judicandum arbitramur. Quæ omnia nunc *CONTRA ANABAPTISTAS WEIGELIANOS*, turpiter hic hallucinantem, ut breviter hoc notemus, *JACOBUM BOLDUCIUM MONACHUM CAPUZINUM PARISIENSEM*, qvi *L. 1. de Oggio. Chriſt. Cap.* VIII. *pag. 37.* ſtatuit & evincere conatur, etiam poſt electam à Deo tribum Leviticam Jus Sacerdotii ſummi in qvalibet tribu Patriarchæ Jacobi manſiſſe apud Primogenitos. *Hujus rei neglecta Conſideratio* inqvit l. c. *graviſſimas qvæſtiones peperit inter enarratores de duobus ſummis ſacerdotibus ſimul exiſtentibus Regis David & Salomonis tempeſtate, Sadoc & Abjathar, Chriſto autem inter homines degente, Anna & Caipha, ſed violentas abſurdasqve expoſitiones de Pontificibus ex Maccabæorum familia, dum exiſtimant à tempore, qvo Aaron electus eſt in Pontificem, nullos alios in ea dignitate, ſed nec Sacerdotes eſſe potuiſſe, qvam ex tribu Levi.* CONTRA PONTIFICIOS *Becanum Tract. de analogia V. & N. T. cap. II. & Bellarminum Lib. 3. de verbo Dei cap. 3.* ſtatuentes ſoli Pontifici competiisſe judicium ferre de controverſiis Legis cum tamen in illo loco *Devter. XVII. v. 8. & 9.* qvem citat Bellarm. æqve Levitarum ac Sacerdotum qvam Pontificis fiat mentio; & inter recentiores *contra Th. HOBBESIUM*, judicio Joh. Felli Oxonienſis Epiſcopi, *Virum peſſime de Deo, hominibus & litteris meritum*; diſputare nunc noſtri ratio non fert inſtituti.

§. III. Qvilibet horum ſtatuum artibus qvibusdam continetur, ad qvarum qvamlibet prout qvisqve ſe ſentit natura ferri, ita ad eam eſſe deducendum comprobante rerum uſu jam pridem compertum eſt. Latiſſime ceteroqvin hæc obſervatio patet, & cum de omnium artium genere, tum de iis maxime intelligi convenit, in qvibus ingenui homines ſolent elaborare qvæqve ingenii dexteritatem & ſolertiam in diſcentibus & exercentibus reqvirunt. Poëtas non tam fieri qvam naſci receptiſſima opinione vulgatum eſt, ut intelligeretur, eos neqve fingi neqve formari poſſe, ſed naturam in iis omnino plus qvam inſtitutionem efficere. Atqve his ſaniores ex gentilibus, inſignes alias rei litterariæ antiſtites numen qvoddam tribuerunt, qvo agitante caleſcerent & cujus afflatu arcanum ad ſcribendum mentis impetum conciperent; amabiliqve ut *Horatius* od. IV. lib. III. effert, luderentur *inſania*: Plato in

Phœdro

Phœdro furoris divini qvatuor recenſet ſpecies: τῆς θείας μανίας τεττάρων Θεῶν τέτταρα μέρη διελόμενοι, μαντικὴν, μὲν ἐπίνοιαν Ἀπόλλωνος θέντες, Διονύσου δὲ τελεστικὴν, μουσῶν δ' αὐ ποιητικὴν τετάρτην δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος. *Divinæ inſaniæ qvatuor facimus genera, qvibus totidem Dii præeſſent. Ac vaticinii qvidem inſpirationem tribuimus Apollini, myſticam vero Libero, poeticam Muſis, amatoriam Veneri & amori*, conferantur eo *Cœl. Rhodigin. Lect. Antiqv. Lib. 7. cap. 7. Voſſius de arte poetica cap. XII. Barth. ad Clad. de raptu Proſerpinæ.* Rectiſſime monet *J. C. Scaliger. Libr. I. Poet. c. 2. Spiritu diverſos eſſe Poetas tum Platonem tum Ariſtotelem affirmaſſe. Alios enim naſci tales, alios natos vel rudes, vel etiam feros atqve averſos furore rapiatqve abſtrahi à vulgari materia Deorum opera, qvi Dii ipſis tanqvam miniſtris utantur.* Poëtarum non Poëtarum uti litterarum aliarum ſic artis poëticæ longe ignariſſimorum ſubito qvaſi in parnaſſum abreptorum ut tumultuaria carmina magna copia effuderint, ſubjici poſſunt exempla ex *Baudii Cent.* III. *Epiſt.* IX. *Calviſii Chronol. ad A. C. 86.* ex *Huarte Hiſpano ingenioſiſſimo in Scrutin. ingeniorum* (qvi liber ab Æſchazio Majore latinitate donatus eſt) *cap. 7.* Qvorſum qvoqve ſpectant oracula Apollinis Pythii, qvem initio reſponſa dediſſe nonniſi ἐμμέτρως & per fœminas qvidem ut plurimum nihil minus qvam Poëticam callentes conſtat. Unde *Cicero lib. II.* de divinatione qværit: *Cur iſthoc modo jam Oracula Delphis non edantur?* De Oraculi Delphici longe celeberrimi initiis, qvæ memorantur à Diodoro Siculo Lib. XVI. refert *Petrus Molinæus lib. de Vate cap. IX. p. 167. Cum terra hiatu diſceſſiſſet, capræ ibi paſcentes ſimul ac hiatum inſpexiſſent in furorem agebantur, & miris ſaltibus ac geſticulationibus agitabantur. Obſtupuit Caprarius, & ut cauſam cognoſceret, in eandem voraginem introſpexit, ſtatimqve eodem furore correptus fundebat Verſus & vaticinabatur. Qvin & qvidam auſi ingredi ſpecum, ſubito exanimati ſunt. Qvo caſu admoniti accolæ, loci hiatum ſepſerunt muro & templum condiderunt: qvo hiatus ille includebatur. Templiqve Sacerdotem fecerunt virginem illibatam, qvæ præpurgata ceremoniis deſcendebat in antrum & inſidens tripodi aureo, furore corripiebatur, totoqve antro ſeſe volutabat, donec jaceret ſimilis exanimi. Tandem recepto Spiritu fundebat verſus Græcos, qvi à Conſulentibus, præſtolantibus ad os ſpe-*

cus pugillaribus excipiebatur &c. Qvos furores & raptus alii, ut omnes effectus mirificos, cœlorum adſcribunt influxibus, ut Pomponatius lib. de Incant. p. 124. alii Cauſas & morborum maniacorum & furoris poëtici hujusdem in calorem rejiciunt in mentis ſede à melancholia creatum: alii nec dæmonibus adſcribunt Oracula ejusmodi, nec naturalibus, qvas diximus cauſis, ſed à præſtigiatoribus ea inſigni calliditate contexta contendunt. Nobis probatur omnino hac de re judicium *Bulengeri*, *qvod prodidit lib. III. de Incant. f. 196. Non poſſum ferre eos, qvi furorem alium à Muſis, alium à Dionyſio, tertium ab Apolline, qvartum à Venere eſſe ajunt & furorem illum ἀπὸ τῆς ἐπιπνοίας τοῦ Θεοῦ ab illapſo afflatu Dei exiſtere volunt. Sunt mera mapalia, qvæ audire vel amentia eſt, vel ſentire impietas, cum ad dæmones aſtra inſidentes omnia talia referant.* Res tota qvippe Diaboli eſt Poëtas & Apoſtolos vere θεοπνεύστους in mimicis larvis ſuis ſic imitantes. Deduxit nos in hanc digreſſionem Commentatio in hanc rem longe doctiſſima Viri comtiſſimæ literaturæ *Joachimi Felleri in Progr. ad Orat. Profeſſ. Publica auſpicator.* cujus adhuc jucundam ſibi recordationem accidere confirmat Magn. Dn. Præſes, & dolet qvod ipſa publici juris non ſit facta & amœniorum litterarum cultoribus conceſſa. Eum autem honorem Gentilium Theologis Poëtis ſuperſtitioſa ſi decrevit antiqvitas; qvidni nos à Chriſto diviniſſimo homine & humaniſſimo Deo ad veram perfectamqve religionem eruditi probatos Theologos, qvos ipſe in terris ſibi ſuffici & ſui inſtar gerere voluit non qvidem ad rerum ſacrarum contemplationem naſci, verum peculiari qvadam à Deo ratione ad Theologiam vocari & præ ceteris hominibus deligi inſtituiqve pronunciabimus? *Cui Spiritus Dei dignatus patefacere, is demum ea, qvæ ſunt Dei, novit*, dicente Apoſtolo *1. ad Corinth. 2.* Celebratur inde multis nominibus *Spiritus Sanctus varia in homines dona conferens: atqve alios qvidem conſtituens paſtores, alios* vero *Doctores, alios prophetas, alios lingvarum peritos, ad inſtaurationem ſanctorum, in opus adminiſtrationis: Et cum hæc omnia, tamen nonniſi ubi* vult *Spirans, & nonniſi certa menſura dona ſua impartiens: 1. ad Corinth. 12.* Replicemus modo Evangelicæ memoriam hiſtoriæ, & patebit, non factos qvosdam diſcipulos vel Apoſtolos Chriſti, non factos idoneos ad tractandas res divi-

divinas, niſi qvos DEUS è multis elegerit & vocaverit, qvosqve impartiendo *Spiritum ſuum appoſitos ipſe fecerit*, teſte Apoſtolo 2. *ad Corinth. 3.* Exemplum liceat ſubjicere ex Lucæ Capite IX. v. 57. 58. 59. 60. cum qvo conferri poteſt Matth. VIII. v. 19. *Vadentibus eis in via, dixit ei qvidam: Seqvar Te, qvocunqve iveris Domine. Cui Jeſus, Vulpes habent antra, inqvit, & aëreæ volucres nidos: at filius hominis non habet, ubi Caput reclinet. Item alteri dixit: Seqvere me. Et ille: Domine, inqvit, permitte mihi, ut eam prius ſepultum meum patrem. At Jeſus: Sine, inqvit ei, mortuos ſepelire mortuos ſuos: tu vero i annunciatum Dei regnum.* Cujus diſparis eventus characterem Omniſcientiæ Chriſti merito transſcribimus. Qvæ cum ita ſint, qvisqve intelligit Deum ordinaſſe in Societate humana ſtatus atqve diſtinxiſſe: tum unumqvemqve divino qvodam commercio imbui, ut ſemina naturæ ſuæ ſeqvendo tacite Vocationis cœleſtis vim approbet: maxime autem ad Theologiam amplectendam homines divinitus excitari, ut totis viribus ad hunc propoſitum ſibi à Deo ſcopum & finem, labores vigiliasqve omnes ſuas ſub pretio conſcientiæ convertant, & Spem non dubiam concipiant, ſe cum & emolumento in Theologia verſari poſſe.

§. IV. Unde nobis qvæſtio illa naſcitur, qvam divina adjuvante gratia definire atqve excutere nunc aggredimur.

Utrum Salva Conſcientia Studioſus Theologiæ, de Vocatione DEI interna ad Miniſterium certus, Theologiæ ſtudium deſerere & Jurisprudentiæ aut Medicinæ ſe conſecrare poſſit.

§. V.

ANteqvam præſentem qvæſtionem diſcutiamus, altius nobis exputandum erit ſubjectum, ut pateat, reſpicere nos illum cultorem Theologiæ, qvi divini nutus characteres in ſe agnoſcit, adeoqve ſignate nos locutos eſſe: tum oſtendemus, qvibus lector ex divinis ſcripturarum oraculis & Theologia morum rationibus decidendi, qvas oſtiatim deinceps propoſituri ſumus, qveat informari.

§. VI. Interna vocatio eſt, qvæ hic utramqve facit paginam, & *qva ſi externa vocatio deſtituatur, non ſatis eſt ad liberandam vo-*

cati

cati conſcientiam, ceu recte monet *Tarnovius de miniſterio eccleſiaſtico L. 1. Cap. 7.* Definit autem ibidem, qvod *ſit tractus divinus, cujus ſibi qvisqve Miniſter coram Deo conſcius ſit, ſeu bonum cordis noſtri teſtimonium, qvod neqve ambitione, neqve avaritia, neqve ulla alia cupiditate, ſed ſincero Dei timore & eccleſiæ ſtudio oblatum munus recipiamus*, qvorſum ille *Calvinum Inſtit. lib. 4. c. 3. §. 11. Zanchium volum. tract. Theologicarum pag. 706. Danæum Comment. in 1. Tim. 5. pag. 34.* allegat, qvibus jungamus licet *Gisbertum Voëtium Politicæ Eccleſiaſticæ parte II. Lib. III. de Vocat. Miniſtr. Tract. 1. cap. 1. p. 529.* ubi Vocationem internam dicit eſſe *internam tractationem & perſvaſionem Spiritus Sancti in corde alicujus, qvi Epiſcopatum & bonum opus hoc deſiderat. 1. Tim. 3. v. 1.* qvæ dignoſcatur ex conſtanti impetu qvem tractationem & voluntatem eſſe conſtantem debere, non momentaneam, volaticam, deſultoriam, evanidam egregie confirmat in reſponſione ad qvæſtionem: *an qvilibet impetus ſeu qvælibet cupiditas prædicandi Chriſtum & homines adducendi ad fidem & pietatem ſi certum ſignum vocationis internæ?* Internæ vocationis vim oſtendebat Chriſtus, cum à Petro vel ternis vicibus Confeſſionem amoris prius exigeret, qvam ei curam paſcendarum ovium commendaret. Videatur ſtipulatio vocationis & miſſionis *Petri Johannis cap. XXI. v. 15. 16. 17.* qvod proinde munus Evangelicum ἑκουσίως καὶ προθύμως ſe ſuſcepiſſe confirmat, reliqvosqve ut idem faciant fideliſſime monet *1. epiſt. cap. 5. v. 2.*

§. VII. Optime ergo hæc interna vocatio agnoſcitur, & qvidem (1) *ex amore erga Sacram Theologiam ſummo*, ita ut ſine arcano cordis motu & gaudio Spiritus actionum miniſterialium & curarum miniſtro verbi propriarum ne recordari qvidem valeat: qvod ipſum velle Dei opus eſt. *Philipp. II. 13.* Solent in ipſa pueritia animadverti in uno qvoqve minime fallacia ejus vitæ generis & ſtudiorum, qvæ adultus ſectabitur argumenta, ut eqvidem non ſemper opus ſit, tentare animos juniorum iſthoc modo, qvem Athenienſes lege ſanciverant, de qva *Gregor. Nazianzenus Epiſtola 63. ad Eudoxium Rhetorem pag. edit. Parif. 819.* Νόμος ἦν Ἀθήνησι παλαιὸς, ὡς δ᾽ ἐγὼ φημὶ, καὶ κάλλιστα ἔχων. ἐπιδὰν φθάσαιεν εἰς ἥβην οἱ νεοὶ, πρὸς τέχνας ἄγεσθαι δὲ τὸν τρόπον τοῦτον. προτίθεσθαι δημοσίᾳ ἑκάστης τέχνης ὄργανα, καὶ προσάγεσθαι τούτοις τοὺς νεοὺς. ὅτῳ δὲ

τύχῃ

τύχῃ χαίρων ἕκαστος, καὶ προστρέχων, τούτου καὶ τὴν τέχνην διδάσκεσθαι. ὡς τοῦ μὲν κατὰ φύσιν ἐπιτυγχάνοντος, ὡς τὰ πολλὰ, τοῦ δὲ παρὰ φύσιν διαμαρτάνοντος. *Athenis vetus lex erat, eaqve meo qvidem judicio præclariſſime conſtituta, ut adoleſcentes cum pubertatis annos attigiſſent, ad artes deducerentur, ducerentur autem ad hunc modum. Cujuslibet artis inſtrumenta publice proponebantur, atqve adoleſcentes ad ea adducebantur. Qvocunqve autem delectari qvemqve contigiſſet, ad idqve accurreret, hujus qvoqve artem edocebatur. Qvod videlicet ea utplurimum recte ſuccedant, qvæ natura duce aggredimur: ac contra ea, qvæ invita natura ſuſcipiuntur, ſpem fruſtrare ſoleant.* Multa autem ſigna ſunt, qvæ ſtudium rerum divinarum atqve cœleſtis philoſophiæ amorem certiſſime præmonſtrant, & qvæ probe oculati homines etiam in pueris & adoleſcentibus obſervant. *Qvosdam enim conſpicimus pueros magna alacritate adire templa, ſumma attentione conſiderare, qvæ ibi fiunt omnia: domum aut reverſos, ſacras meditari cantiones, ceremonias religionis noſtræ repræſentare, & forte doctoris aut epiſcopi inter pares perſonam gerere. Iidem ſuos parentes, aliosqve de elementis doctrinæ pietatis diſſerentes libenter audiunt: qvæ ſæpius inculcantur, memoriæ ſtudent commendare: minus intellecta repeti, explicariqve ſibi poſtulant. Ubi jam ſcholas freqventare incipiunt, pulchrum ducunt optimis & modeſtiſſimis qvibusqve ſe adjungere: & qvas cernunt in his commendari virtutes, eas generoſo animo exprimere laborant. Cave autem expectes futurum frugi Theologum, cui in prima ætate cum improbis intercedit familiaritas, vel qvi ipſe aſſveſcit improbe agere. Ad hæc, elucet omni tempore in illis qvædam qvaſi ingenita gravitas, juncta admirandæ ſvavitati, qvam etiam ignoti ſuſpiciunt ac reverentur. Ut autem per ætatem creſcit judicium, ita creſcit qvoqve pietatis amor. Qvocirca in ſtudiorum circulo pluſculum progreſſi, ſermones ſacros, tam in templo, qvam in ſchola, ſic excipiunt, ſic menti infigunt, intelligere ut qvivis poſſit, cupere eos doctrinam auditam vitæ formandæ accommodare, atqve orationis vim velle ad mores transferre. Nam vitam qvotidie rectius ac ſanctius inſtituere, actionesqve omnes ad pietatis normam dirigere conſpiciuntur. Non diſſimulant inſuper ſe adfectare, ut de rebus divinis expedite loqvi poſſint. Qvid? qvod ſignificationem aliqvam interdum dant, ſibi in animo eſſe, ubi ad eruditio-*

nem atqve ætatem juſtam pervenerint, munus docendi ſacra in templo, aut in ſchola, ſuſcipere. Poſtremo, cum ſoleat Deus tales adoleſcentes eximiis qvibusdam donis, ut ingenii acumine, ſvaviloqventia, manſvetudine, morum candore, & ſimilibus exornare: tum vero externa adminicula omnia, in qvibus ponimus amicos, patronos, pecuniam, libros, loci opportunitatem, præceptores, monitores, condiſcipulos commodos, & ſi qvid aliud huc conducit, iisdem proſpicit, & qvod ſatis eſt, ſuppeditat. Usqve adeò piis adoleſcentibus deeſſe neqvaqvam poſſunt, qvæ ad illud doctrinæ & vitæ genus ſunt neceſſaria, ad qvod Dominus ipſos ſemel deſtinavit. Sunt hæc igitur ordinaria, uſitata ac legitima vocationis divinæ argumenta, è qvibus certum atqve indubitatum judicium de futuro Theologo peti poteſt. Ac ne qvis temere citraqve neglectum hæc congeſta eſſe autumet, ac proinde vilipendat: eqvidem haud gravabor demonſtrare, in qvibus illuſtribus viris, qvi Theologorum principes evaſere, eadem, cum pueri adhuc eſſent, & adoleſcentes, ſint animadverſa, atqve ceu digna cognitu literis etiam mandata. Nec pigebit opinor qvenqvam de nobis audire. Euſebius *hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 10. c. 14. refert* de Athanaſio, *qvod puer cum pueris luſitans, epiſcopi munus obiverit, fidei confeſſionem à reliqvis exigendo, reddere valentibus impartiendo de Eccleſiæ more, aqvæ baptiſmum, cæterasqve ceremonias peragendo. Qvod reſciſcens civitatis epiſcopus, illum miniſtris Eccleſiæ, ſacris imbuendum literis commiſit, ceu divinans Eccleſiæ utilem futurum antiſtitem: cui ſanæ præſagitioni eventus pulchre reſpondit. Apud eundem* Euſebium l. 6. cap. 2. ac 3. *legimus, Originem Adamantium parvulum, non tam parentum exhortatione, qvam propria voluntate ſolitum qvotidie ſacra legere, qvotidie aliqvid memoriter recitare: freqventer à patre petiiſſe ſibi enodari, qvæ perplexa intricatave occurrebant. Timotheum à teneris inde ungviculis inſtitutum in literis religionis, & apud piam matrem Eunicam, & aviam Loidem pie ſancteqve educatum, Apoſtolus Paulus teſtis eſt,* 2. Tim. 1. 3. *Sed qvin reſpicimus Servatorem noſtrum Chriſtum? Is annos natus duodecim (qvamvis in hoc omnia ſupra humanam ſunt ſortem poſita) Hieroſolymæ in templo, in celeberrimorum doctorum conſeſſu, ita de rebus divinis & interrogavit illos, & ipſe diſſeruit, ut ſtuporem incuſſerit omnibus: nec non æſtimandum reliqverit, qvantus poſtea cœleſtis philoſophiæ doctor eſſet in publicum proditurus:*

Luc.

Luc. 2. *Memorat* D. Hieronymus, *ſe bonarum artium elementa imbibentem, admodum fuiſſe familiarem ſui ſimillimis: hoc eſt, piis, & ad ſtudia Theologica aſpirantibus. Nominat Bonoſam, Pammachium, & Heliodorum: qvorum duo poſteriores etiam ad epiſcopi dignitatem evecti ſunt. A.* Gregorio Nazianzeno *egregia futuri Theologi indoles, in Baſilii magni educatione, inſtitutione, profectu in literis ac moribus ſcite depingitur: potiſſimumqve ubi narrat, qvomodo Cæſareæ, Byzantii, Athenis, qvibus locis tunc publicæ florebant ſcholæ, ſeſe gesſerit. Temporis anguſtia non patitur ſingula explicari. Crebro meminit* D. Auguſtinus, *in primis Confeſſ. lib. 5. & 6. ſe diu ante qvam Rhetorica doceret, atqve religionis noſtræ ſacris initiaretur, occulta & indeprehenſibili qvadam vi fuiſſe ad ſacrorum librorum lectionem mirifice inflammatum: aſſidue cum illis egiſſe, qvi de rebus divinis ſermones miſcere gaudebant, qvales præcipui* Nebridius *&* Alipius: *libentiſſime deniqve eruditos Theologos, ut* Helpidium *Carthagini,* Ambroſium Mediolani, *publice docentes audiviſſe, nec non ſæpenumero privatim conſuluiſſe. Pene prætericramus, qvæ* Apoſtolus Paulus *de ſe ipſe prædicat. Se namqve à prima ætate doctrinæ ſacræ ſtudio flagraſſe; ſe educatum & inſtitutum in ſcholis Hieroſolymitanis, auditoremqve fuiſſe ſapientiſſimi doctoris Gamalielis: ſe profeciſſe præ cæteris æqvalibus: ſe amplexatum ſectam Phariſæeorum, qvi judicabantur legis divinæ ſinceriſſimi interpretes: ſe deniqve vixiſſe inculpatum, irreprehenſibilemqve: Act. 22. Gal. 1. Philip. 3. Origenes, de qvo paulo ante, anno ætatis decimo ſeptimo, ut patre, ita patrimonio qvoqve orbatus, extrema premebatur inopia: verum ne hac de cauſa ſanctis ſtudiis, in qvibus haud infeliciter fundamentum jecerat, nuncium remitteret, Deus locupletis ac nobilis cujusdam mulieris permovit animum, qvæ bonæ ſpei adoleſcentem fovit liberaliter, atqve plenius informari in literis curavit. Qvo tempore diverſis indiciis Origenes teſtatum fecit, ſe falſa dogmata olim magno animo averſaturum, ſolamqve puram doctrinam Evangelii JESU Chriſti amplecti velle: qvemadmodum* Euſebius *ſcriptum reliqvit, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro ſexto, cap. 2. Verum qvid diu moror in his referendis, de qvibus extant apud probatæ fidei ſcriptores locupletiſſima & freqventiſſima teſtimonia? Vides igitur nunc ſatis, qvæ nam argumenta expectandæ eruditionis atqve profectus in doctrina pietatis, in viris ſanctis ab ineunte*

unte ætate præluxerint. Reliqvum vero eſt, ut nos qvoqve interpretari audeamus noſtros pueros & adoleſcentulos ad ſacræ Theologiæ ſtudium divinitus vocari, in qvibus contigerit eadem, aut paria ſigna deprehendi. Sane qvisqvis de vocatione ſua ambigit, ſuum ipſe ingenium & mores pervelim exploret propius: animi ſui propoſitum, atqve in ipſa pueritia ſuſceptas tum cogitationes, tum meditationes, conferat cum ſanctorum patrum, qvos recenſuimus, ſanctis conatibus: nec dubium eſt, qvin ubi expenderit, qvousqve ad hos accedat, aut qvam longe ab his abſit, facile qveat decernere, ad hoc ne, an ad aliud ſtudiorum genus, ſe Deus vocarit. Porro autem, qvicunqve vocari ſe intelligunt, certam ii ſpem concipiant, ſe cum fructu daturos Theologiæ operam: nec non ornamentum aliqvod alicui Eccleſiæ, ſi pergant allaturos. Qvæ omnia cum maxime in cauſa noſtra eſſe perſpiceremus & terſiſſime conſcripta, operæ pretium nos facturos credidimus, ſi ea integra in fundum noſtrum transferremus ex *Andrea Gerhardo Hyperio de Theologo ſeu de ratione ſtudii Theologici cap. 1. pag. 27. & ſeqq.* præſertim cum is liber præda habeatur ejusmodi, qvæ in paucorum caſſes incidat. Expoſuit qvoqve vocationem internam ex Adverſariis Eccleſiæ *Hadrianus Hadriani Jeſuita Lib. de Inſpiratione divina, qvi elegantiſſimus & doctiſſimus eſt.* Exemplis autem eorum, qvos recenſuit Andreas Gerhard, qvi haud obſcura in ipſa qvoqve pueritia indicia futuræ frugis dederint, & in qvibus radii, qvorum fulgore poſtea eccleſiam illuſtrarint, tenera in ætate emicuerint, jungere mihi liceat B. Dn. D. Calovium Athanaſium alterum, qvem adeo reliqva vita omni exprimebat, ut in juventute juxta cum ipſo futuræ magnitudini proludere occipiebat. Ex ἀλλοφύλοις autem forte. *Jacobus Fuligatus* Bellarminum accenſeret. *Ita enim lib. 1. vitæ Roberti Cardinalis Bellarmini cap. 2. p. 16. verſionis Sylveſtri Petræ Sanctæ: Religionis pietatisqve erat Bellarminus vel tum à puero, qvam voluptatum & nugarum appetentior. Nam puerilia qvibus ætati moram faceret ſexennis aut ſeptennis, fuere tantum ea, qvæ indicarent ipſius ad res eccleſiaſticas proclivitatem. Qvæ Sacerdotes pro aris vel pro ſuggeſtu in templis agerent, ea domi cuncta referebat, narravitqve ipſe, ſe nondum matura pueritia deſumto ſcamno ex aliqvo forte conclavi, eoqve inverſo ſæpe uſum eſſe pro ſuggeſtu.*

§. VIII.

§. VIII. (2) Agnoſcitur ſecundo illa interna vocatio *ex ipſa habilitate & aptitudine ad divinius hoc ſtudiorum genus, cum ſufficientis eruditionis, tum donorum ad miniſterium verbi & ad docendum ſacras literas neceſſariorum.* Hæc enim interna Spiritus S. ad munus eccleſiaſticum eſt unctio. Neqve enim illa nobis hodie fluunt tempora, qvibus clementiſſimum Numen per immediatam illuminationem aut miraculoſum Spiritus Sancti afflatum homines unius momenti ſpatio ad Apoſtolorum exemplum eruditos reddit, qvod argumentum copioſe & pereleganter *Auguſtinus* tractat *Proœmio ad Libros De Doctr. Chriſtiana.* Conſtat qvippe inter omnes Hiſtoriæ eccleſiaſticæ auctores idoneos, qvod verbi divini immediate emanantis & miraculorum eadem fuerit periodus: miracula autem in deſvetudinem abierunt tempore *Gregorii Thavmaturgi*, qvem *Caſp. Barthius* hoc elogio cohoneſtat, qvod *Vir Apoſtolicarum virtutum inter omnes Patres qvam maxime compos* fuerit. Adverſar. Comment. Lib. I. cap. XV. p. 36. qvanqvam alii deſignata ab hoc miracula eo qvod fidem exſuperare videantur, in dubium vocent, qvam litem nunc noſtram haud facimus. Neqve noſtræ eccleſiæ eam ex conſcientiæ lege Monachorum & Papatus tolerant ruditatem, cujus beneficio & is Diaconi munere dignus, qvi ſciat bene & expedite legere, & utcunqve cantare, operamqve dederit Grammaticalibus; qvorſum videatur *Pontificiale Romanum.* Comprobat illam rudem ignorantiam Proſodia Verborum in Miſſali Romano, qvam exhibet *Bartholomæus Gavantus in Theſauro Sacrorum rituum p. 300.* qvo de inſtituto ſuo ita præcipit ibidem Auctor: *Abſtinui in prima editione à notanda proſodia verborum eorum, qvi dubiam in Miſſali habere poſſunt pronunciationem, tum qvia ſolent imprimi Miſſalia additis accentibus, tum qvia eadem fere verba, qvæ in Miſſali leguntur, commmunia etiam ſunt Breviario, cujus Proſodiam difficiliorem in ejusdem Commentariorum calce annotaveram. Verum qvia Typographorum incuria male poſiti ſunt accentus & aliqvando omiſſi, me impulerunt inſignes Epiſcopi, ut in gratiam minus peritorum Sacerdotum ea qvoqve ſeparatim colligerem, qvæ Miſſalis ſunt propria, ne contingat ullus error in legenda Miſſa.* Qva tamen eruditione nedum tinctus ille & ſacerdos qvidem, *canone retulerunt diſt. 4. de conſecratione.* Qvi in nomine Patria, Filia & Spiritua

Sancta baptiſmum adminiſtravit. Tempore Caroli M. tam lignei erant Paſtores, tam κῶφα πρόσωπα ut Carolus per Alcuinum, (vel Albinum) Flaccum homilias qvasdam ex Patrum Scriptis ſeligi curaverit, qvas loco concionum habendarum, publice in eccleſia prælegerent. Confirmat id *Gisb. Voëtius Politicæ eccleſiaſticæ Parte II. Lib. III. Tract. 1. p. 538.* Conferatur idem *part. 3. Select. Diſp. tit. de ignorantia part. 1. p. 601.* Et ut propius ad noſtra tempora accedamus, memorabile ſubjiciemus exemplum Patris Thomæ Hobbeſii malignantis undiqvaqve hominis, de qvo ita *in auctario vitæ Hobbeſianæ* memoriæ proditum legimus *p. 18. Patrem nactus eſt Concionatorem, qvalem tunc ferebant tempora, qvi leviori doctrinæ armatura inſtructus Orationes publicas & qvas vocant Homilias, ſatis apte populo prælegere poterat.* Ut jam taceamus regulam Franciſcanorum: *Qvi ignorant literas, non diſcant.* Ignorantia ſiqvidem apud ipſos meritum eſt, qva ſe cœlum adipiſci poſſe ſibi perſvaſum habent; unde & *Fratres Ignorantiæ* cluent. Strenue veſtigia legunt Conditoris ordinis ſui, qvi *Franciſcus* dictus, cum antea ipſi nomen eſſet Johanni, fertur, eo qvod Spiritus Sanctus eum lingvam Gallicam docuerit. Edidit is Franciſcus *Teſtamentum pacis*, in qvo ſtatuit, qvod qvi neſciant literas, eas nec qvicqvam curare debeant, idqve *teſtamentum* vocat *oblivione nulla delendum*. Cujus proinde & nos non ſine deteſtatione abjecti iſtius infra brutorum conditionem animi jam meminimus ex *Henrico Willot. in Athenis Orthodoxorum Sodalitii Franciſcani p. 113.* Stamus autem ejus fide vel maxime, qvod Willot. Belga Pariſ. ordinis Minoritarum & Provinciæ Flandriæ Provincialis fuerit. Non vacat nunc oſtendere qvanta in ignorantia verſentur etiam qvidam ex famoſæ à nomine Jeſu Societatis Presbyteris, qvi continuo in nos deblaterant & ſæpe juxta cum ignariſſimis neſciunt, qvisnam ſit, qvicum dimicare, aut qvidnam id ſit, qvo ſuper dimicare ſe clamitant. Iſtiusmodi Ludovicus à Sancto Carolo eſt, qvi nova & plane inaudita metamorphoſi ex libro hominem facit in Bibliotheca ſua Pontificia Lib. II. p. 455. *Articulus Alſmacaldus Germanus, Lutheranus edidit de Primatu & Poteſtate Papæ librum.* Qvis non cum Barone de Budovva indignabundus exclamitet: Aſini Vos alios ſalutis viam docere vultis, qvi tantillum verbum in ſacro codice ignoratis.

Nam-

Namqve ita in *hiſtoria perſecutionis Bohemicæ p. 235.* memoriæ & ignominiæ proditum legimus, Jeſuitas qvosdam Pragenſes interrogatos, ubinam in ſacris literis dictum illud: *Neſcit homo, an odio vel amore dignus*, exſtet? alterum ab altero ambitioſe exqviſiviſſe, donec responderet alter: *Ni fallor ad Timotheum*, qvo audito ſibi Baro ille temperare non potuerit, qvin dicto modo objurgaret ſupinam illorum in legendis ſacris literis negligentiam: Confer. de ignorantia Monachorum *Dorſcheus Anti - Kirch. p. 78.* Sufficiens itaqve reqviritur eruditio, ut *anteqvam alios qvis doceat, ipſe probe didicerit. Eccleſiaſt. XVIII. v. 20. à puero ſacras literas noverit. 2. ad Timoth. 3. v. 25. qvo poſſit & ſana doctrina cohortari & contradicentes refellere. ad Tit. I. v. 9.* & poſſideat, qvo ipſo alterum hoc reqviſitum abſolvitur, δύναμιν κ̀ ἱκανότητα ſive facultatem & aptitudinem docendi alios. *2. Timoth. 2. v. 2.* Ab Oratore Civili cum laude ſumma in foro Romano verſaturo, Oratorum Princeps res plurimas reqvirit, ut omnium rerum magnarum atqve artium ſcientia, ſine qva oratio eſt inanis, ſit inſtructiſſimus, ni velit irrideri potius qvam audiri, ut ipſa oratio conformetur non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum, omnesqve animorum motus pernoſcantur, qvo eorum qvi audiunt, mentes aut ſedentur, aut excitentur: eodem ut accedat lepos orisqve qvædam ſvavitas, rerumqve cognitio libero homine haud indigna, celeritasqve & brevitas venuſta qvadam cum urbanitate conjuncta: excutiendam praeterea omnem antiqvitatem exemplorumqve vim, nec legum nec juris civilis ſcientiam negligendam eſſe, docet: totum tandem in actione, qvæ corporis motu, geſtu, vultu ac voce abſolvitur, conformanda eſſe jubet. Adeo ſoliciti erant priſcæ eloqventiæ magiſtri! ut oratorem fingerent laudandum. Qvod ſi viri ſapientiſſimi, tantam adhibuere curam ut in foro, inqve curia oratores ſe ſiſterent idoneos; qvanto magis id iis oratoribus erit concedendum, qvi non pro roſtris & tribunalibus, ſed in templis ſacrariisqve in conſpectu Dei & Angelorum, DEI oracula & Chriſtianæ religionis myſteria, Apoſtolorum triumphos, Martyrum laureas, virtutum decora, improborum ſupplicia qvaſi numine qvodam afflati, olim ſunt enarraturi? Latius ſane nomen Oratoris ſacri patet, qvam multi opinantur: adeo certe, ut in ejus clientelam ſe dediſſe videatur,

deatur, qvicqvid aut divini, aut ſapientiæ nomine vetuſtatis argutia expreſſit: ut is demum hac in re excultus inſtructusqve habeatur, cujus gloriæ cedit, qvod, cum animarum à Chriſto redemtarum ſalus in hoc negotio agatur, nullam ſane intelligat poſſe ſuſcipi operam tam inſignem ac illuſtrem, qvam negotium tam arduum non videatur reqvirere. Ex ſcientia enim rerum ampliſſimarum pulcherrimarumqve beata Oratoris ſacri copia efflorefcat oportet atqve redundet. Præmittenda igitur variarum lingvarum, qvæ ad interpretationem ſolidam librorum divinorum faciunt cognitio, ne ubi ſenſus verba regere debet, verba imperent ſenſui nec loca ulla falſis interpretamentis eludantur atqve enerventur. Accedat univerſæ philoſophiæ præſidium; ita tamen ne divina nugis humanis atqve informibus ſomniis contaminando citius ædificetur cœlum Ariſtotelicum, qvam qvod deſtinatur martyribus. Humanitatis ſtudia inde à puero probe excolenda, qvorum per reliqvas ſcientias totamqve hominis docti vitam ea vis eſt, ut contemtum ſuum egregrie freqventerqve vindicent. Tenenda prætera eſt antiqvitas, in cujus penetralibus tam reconditorum rituum luſtra & cubilia deprehendenda: exemplorum vis ex omni hiſtoria eruenda: Patrum ſcripta caute replicanda. Non illi leges divinæ humanæqve, non gentium in honeſtos mores conſenſio aut inſtituta ignoranda; neqve naturæ negligenda inveſtigatio eſt, ut qvanta in operum divinorum cognitione nobis fax præluceat, venuſte obſervemus. Robur porro & firmamentum doctrinæ cujusvis accurate memoriæ mandandum, ut & habeat, qvo non minus populum inſtruat, rudes ignavas ac cœcutientes mentes excitet imbuatqve, qvam ſublimiora fidei capita, qvoties opus eſt ad veritatis trutinam revocet: poſt ſingularum controverſiarum momenta excutienda: caſtigata utendum diſciplina in tractandis conſcientiis, ne qvid in rebus, qvæ ad religionem pertinent, triſtius fiat aut aſperius, qvod perinde eſſe videtur, ac ſi qvis Spiritum Sanctum in ſpecie non columbæ, ſed vulturis aut corvi deſcendentem faciat: ad extremum ut vim omnem artis oratoriæ pernoſcat, imprimisqve qva ratione amor in virtutem in vitiumqve viciſſim odium ſit acuendum, ut teneat habenas animorum, prout cujusqve natura poſtulat & eundem auditores affectum accipiant, qvem orator induit: nihil humanæ ſit

cala-

calamitatis, nihil qverelarum, qvibus mederi non poſſit, nihil tam elegans, magnificum & cœleſte, qvod non & ipſe perſpexerit & diſſerendo poſſit explicare: qvo habita oratione ſacra mirum in modum convertantur omnium mentes, iisqve ſumma alacritas & cupiditas pie vivendi innaſcatur. Qvamobrem videmus eloqventiam ſacram ex iis rebus univerſis conſtare, qvæ in cenſum artis & ſcientiæ veniunt, adeo ut qvicqvid complexus rerum, aut continet, aut verſat intellectus in oratorem ſacrum qvodammodo cadere videatur, qvi unus fere omnia ſcire debet, qvæ ſingula reliqvi inqvirunt. Sed illum apparatum & neceſſariam ſapientiam fruſtra reqviras in iis, qvi ſe Theologos & ſacros Oratores fieri ſomniant, ſi fucata ſolidisqve fundamentis plane nuda ſcientia ad ſacra pulpita proruant & Poſtillis probe inſtructi ex cathedris ſacris humanæ intemperantiæ faciant theatra. Permagnum qvidem in movendis affectibus momentum ſitum eſt, & merito nihil ſvavius inqve animos hominum magis penetrans exiſtimatur, qvam eruditæ humanitatis genius, politioris ſolertiæ inſtrumento informam modeſtæ concinnitatis adornatus: Verum enim vero niſi par ſubſit eruditio, qvid qvæſo ineptius, qvam iis rebus afficere velle animas, qvibus ſangvinolentum Chriſti meritum pretium apud Deum fecit, qvæ præter memoriam & externos in dicturo ſenſus nihil affecerunt. Qvalem inanem ſonitum in Fauſto natura non arte facundo notat *Auguſtinus Confeſſion. Lib. VI. Cap. VI. p. 101.* his verbis: *Ergo ubi venit, expertus ſum hominem gratum & jucundum verbis: & ea ipſa, qvæ illi ſolent dicere, multo ſvavius garrientem. Sed qvid ad meam ſitim pretioſorum poculorum decentiſſimus miniſtrator? Jam rebus talibus ſatiatæ erant aures meæ: nec ideo mihi meliora videbantur, qvia melius dicebantur: nec ideo vera qvia deſerta: nec ideo ſapiens anima, qvia vultus congruus & decorum eloqvium.* Fruſtra inqvam illud doctrinæ reconditoris conditorisqve inſtar in Poſtillarum mancipiis reqviritur. Juſtæ hinc intelliguntur *B. Danhaueri* qverelæ *parte I. Lact. Catech. p. 426.* Das iſt noch nicht genug zu einem erbaulichen Prediger / wenn er nur heilig und fein wandelt / oder nur allein gelehrte Predigten thut: Iſt er allein fromm / ſo nützet er ihm alleine und nicht anderen / iſt er alleine gelehrt / ſo hat ſeine Lehre keine Krafft. Wer nicht wohl ſtudiret / der kan auch nicht

wol

wol predigen. Was iſt ſchädlicher als ein ungeſchickter Prediger / dadurch die Leute können verführet werden / wenn ſie glauben wahr ſeyn / was nicht wahr iſt. Nicht hat es die Meinung / als wenn alle Prediger müſten Doctores ſeyn / ſondern Docti, bevoraus zu dieſen letzten Zeiten / da ſo helle das Licht iſt / ſo grimmig die Feinde der Warheit / denen man muß widerſtreben: Der Unterſcheid der Warheit bleibet einen Weg wie den andern. Durch etliche wird denen Zuhörern der Hunger gebüſſet / durch andere der Eckel und Uberdruß benommen. Et paulo poſt *pag. 432.* Die ungeſchickte Wäſcher / die mit ungewaſchenen Händen / ohne Gebeth / ohne fleißiges mediriren / das allerheiligſte Ambt angreiffen / wollen andere lehren / haben die fundamenta ſelbſt auch nicht recht ergriffen / brauchen die Poſtillen / wie D. Luther redet in der Vorrede über Spangenbergs Poſtille / als Formulas und Calender / ihre Nahrung zu verdienen / ſind nichts anders denn Pſittich oder Dolen / die unverſtändlich nachreden lernen. Exempla Pſittacorum, qvi Orationem Dominicam & Symbolum Apoſtolicum recitare potuerint, legere ſunt apud *Eraſmum Franciſci* in der Schaubühne. *B. Mengeringius* qvam bene amplitudinem ſtudii theologici animo complexus ſit, oſtendit Scrutinii Conſcientiæ cap. XIX. qvæſt. 3. p. 1338. Ach mein lieber Chriſte / Seelen-Pflege iſt ein hohes und ſchweres Ding / das erfodert einen Mann auch auf dem geringſten Dorffe. Dahin gehören Schrifft-Kündige / wohlgelahrte und begabte Leute / die das ihre ſtudiret und gelernet haben / daß ſie wiſſen mit den Müden zu rechter Zeit zu reden / *Eſaiæ* am 4. mächtig ſeyn zu vermahnen durch die heilſame Lehre. *Tit. I. v. 9.* recht theilen das Wort der Warheit. *2. Tim. II. v. 15.* Darum erfodert *S. Paulus* ausdrücklich an einem Lehrer / daß er ſoll lehrhafftig ſeyn. *1. Timoth. 3. v. 2.* Das ſolten manche Studenten auff Univerſitäten frühzeitig bedencken / damit ſie ſich ihr Studiren einen gröſſern und beſſern Ernſt ſeyn lieſſen / denn viel dencken / wenn ſie nur Predigten nachſchreiben / Poſtillen leſen und auswendig lernen / und ein Sermönlein machen können / ſo ſey es gnug / ſie wollen wohl einmahl eine Pfarre bekommen: Sehen die Bibel wenig / ſelten / oder gar nicht an / haben die Bibel wohl gar nicht einmahl durchgeleſen / wiſſen keinen Spruch richtig zu citiren /

cen / könnten keine definitionem Theologicam, wiſſen nicht / wo die zehen Geboth in der Bibel ſtehen. Siehe ſo fein ſind dieſe Geſellen in der heiligen Schrifft bewandert / zu geſchweigen / daß ſie ſolten können Grund geben der Hoffnung oder der Lehre / die ſie predigen wollen / noch wollen ſie Pfarr-Ambt und Seelen-Pflege haben. Aber ſchämen ſollen ſie ſich / und ja wohl ihr Hertz und Gewiſſen prüfen / daß ſie GOtt nicht äffen und die liebe Kirche damit. Daher kömmts denn hernach / daß ſo viel ungeſchickte ärgerliche Fälle und Fehler vorlauffen und erfahren werden / daß Aſinus ad Lyram, grobe ungeſchickte Eſel und Bengel ſich einpartiret und einpracticiret haben / die nicht einen Löffel zu ſolchem heiligem Ambt waſchen können / und müſte zumahl ein ungeſchickter armer Teuffel ſeyn / dem ſolche grobe Eſel eine Seele entführen könten. Diximus judicandam etiam aptitudinem & internam Spiritus S. unctionem ad Sacerdotale officium ex donis ad Miniſterium verbi neceſſariis. Qvodſi enim qvis libertate Spiritus, ingenio, memoria deſtituatur, aut inſigni lingvæ laboret vitio is non ad Concionatoris munus ſe à Deo vocatum ſecure colliget. Inſigni autem non levi aliqvo vitio præpedita lingva eſſe debet hominis, qvi propterea ſtudio diviniore ſe indignum judicare velit, ut pariter in ſchola atqve eccleſia ad docendum ſe ineptum deprehendat; alias levis balbuties, ruſſarum faucium aſperitas, vocis exilitas, & qvæ ſunt ejusmodi haud idoneam excuſationis cauſam ſufficiunt. Lutheri ipſius vox raucum qvid ſonabat: unde tum temporis bene multi Theologiæ ſtudioſi, ſed inepti imitatores ſibi perſvadebant, poſſe ſe pariter animos demulcere audientium & æqve ſecundo ac Lutherus, auditorio uti, dummodo obtuſioris vocis ſtridorem ſecum in ſuggeſtum afferrent: In hac tamen exploratione externorum & miniſtrantium donorum omnino conſiderandum illud eſt, qvod natura arte poſſit juvari, id qvod conſtat exemplo *Demoſthenis* Oratoris etiam atqve etiam commendato à *Cicerone Lib. 1, de Oratore.* & *Franciſci Visdomini*, ſi Franciſcanis habeas fidem, *Ferrarienſis, qvi veluti Demoſthenes alter, invita ac prorſus reluctante natura præſtantiſſimus Orator ſit redditus. Nam cum ei lingva & vox naturali qvodam & perpetuo offendiculo ita interrumperetur hæretqve* lo-

loqventi, ut primas dictionum Syllabas in privatis colloqviis iterum atqve iterum anhelando repetere cogeretur; Sic tamen repugnantis naturæ malignitatem fortiſſimo laterum robore & validiſſimo ſpirituum omnium conatu domavit & expugnavit, ut miraculum ſit, qvomodo Vir lingva hæſitans & in familiari congreſſu vix ſubmiſſa voce verba referens, potuerit in publicis declamationibus expeditiſſima lingva exactiſſime gratiſſimeqve loqvi, & qvod mirabilius eſt concitatiſſimo curſu, ab exordio usqve ad finem concionando inoffenſa lingva decurrere, eodem ſemper actionis impetu. Qvod de eo refert *Henricus Willot. in Athen. orthodox. Sodalit. Franciſc.* p. 147. Alias conferatur Moſis excuſatio, qvam admittebat Deus, & Aaronem, qvod his donis eſſet inſtructior, Moſi in Sacerdotio præferebat. *Exod. IV. 14. 15. 16.* Ceterum manet illud, qvod antea nobis dictum eſt, ad amorem hominis adverſus SS. Theologiam accedere oportere providentiæ divinæ efficaciſſima qvædam media, qvibus id, ad qvod homo ejusmodi ex infinita reliqvorum maſſa ſeparatus & Sanctificatus qvaſi ſeorſim deſtinatus eſt, ratum de eo habeatur, isqve ſemper proficiat feliciſſime, ad eccleſiæ emolumentum diviniorisqve decus officii.

§. IX. Qvod ſi ergo cultor Theologiæ, qvi in juventute ſua animum ad Theologiam appulit, ſibiqve cum eo ſtudio bene convenire oſtendit, à parentibus & ſuperioribus illi vitæ generi aut deſtinatus aut in eo confirmatus adjutusqve, qviqve opportuna jamdum ſpecimina dederit, prætereaqve dotes ſufficientes habeat ad perſeqvendum illud ſtudium atqve ad altiora contendendum; hunc ſalva & illæſa conſcientia, ſine gravi ſummi eccleſiæ præſidis & capitis unici offenſione, citra contemtum S. miniſterii & Parentum Patronorumqve, aut citra ſcandalum in cœtu Chriſtiano Theologiæ ſtudium cum alio commutare non poſſe affirmamus.

§. X. Et qvidem (1) *ob præfractam inobœdientiam*, qva vocanti Deo, cujus vocem atqve voluntatem non obſcure, ſed per conceſſa dona clariſſime percepit, reſiſtit. *Etſi enim futurum Theologum neceſſe eſt imprimis à Deo vocari atqve numinis impelli motu, tamen noſtra qvoqve diligentia tantum in hoc negotio momenti habet, ut ſi ea adſit, præclara Dei dona, bonitas naturæ inqvam, ingenii vis, & qvæ ejus ſunt generis, incrementum non parvum in nobis capiant:*

ſi vero

ſi vero non adſit, vehementer metuendum, ne, tanqvam ingrati, donis illis ſpoliemur: aut tanqvam immorigeri vocationisqve divinæ Contemtores à præſtantiſſimo ſtudiorum aut vitæ genere, juſto Dei judicio excludamur. Obtemperantes Deus provehit: immorigeros repudiat ac arcet. Verba ſunt laudatiſſimi *Hyperii* de *ratione ſtudii Theologiæ lib. 1. Cap. 3. p. 34.* Et qvomodo aliud vitæ inſtitutum, ad qvod non vocatus ſit, auſpicari poteſt homo aliqvis in nomine Dei Opt. Max. atqve felices ſibi progreſſus polliceri in eo, ad qvod non impellente veritatis Spiritu animum adjecerit, ſed inſtinctu maligni Spiritus, qvi perduellis divinæ ſapientiæ ex ſcripturarum præſcripto merito habetur. Attendenda hic ſunt omnino mandata & interdicta ſacris litteris comprehenſa, qvæ pertinent ad muniendum confirmandumqve animum in eo vitæ genere, qvod cuilibet divinis qvaſi nutitibus fuerit deſignatum. Ex qvibus potiora: *Ut cuiqve largitus DEUS eſt, ut qvemqve Dominus vocavit, ita ſe gerat*, qvomodo in omnibus Eccleſiis præcipit faciendum *Paulus 1. Corinth. VII. v. 17.* & v. 20. diſertius hortatur: *In qvo qvisqve ſtatu vocatus eſt, in eo maneto. Nemo qvi aratro admota manu reſpicit intergum aptus eſt ad Dei regnum.* Judicio ipſius Salvatoris vocationis divinæ naturam oſtendentis *Lucæ IX. v. 62.* *Neqve* vel *militans ſeſe vitæ negotiis implicat, ut militiæ duci placeat 2. Timoth. II. v. 4.* Metuat unus qvisqve fulmina illa: *An delectatus Jehovah holocauſtis & ſacrificiis, ut cum auſcultatur voci Jehovæ. Ecce auſcultare eſt melius ſacrificio, attendere, pingvedine arietum. Qvia ſicut peccatum divinationis* (magicum) *eſt rebellio, & ſicut ſuperſtitio & idololatria eſt repugnantia: qvia ſprevisti verbum Jehovæ, ſprevit ſimiliter Te. 1. Samuelis XV. v. 21. 22.* Felices qvi in tempore animos ad nutum Dei revocant, & ipſi momenti aut caſtiganti etiam potius ſe ſuaqve ſtudia accommodant. *Novimus nos nonnullos, qvi, cum divinitus eſſent uni huic ſtudiorum generi deſtinati (comprobavit id poſtea ſucceſſus) maluerunt tamen idqve ſive aliorum hortatu, ſive privata qvadam ambitione adducti, animum ad aliam qvampiam adjicere facultatem: veluti ad Jurisprudentiam aut Medicinam (qvas profecto eximias eſſe diſciplinas, negare nemo poteſt) qvam eo pergere, qvo ſe trahi advertebant. Verum, qvid illis accidit? Cum exiſtimarent, ſe ſapienter nec*

minus feliciter maximo in pretio habita ſtudia aggreſſos: ipſi præter ſuam exſpectationem, occaſione aliqva ſubito enata, coacti ſunt ad Theologorum ſcholas ſe recipere, in qvibus ſolis aliqvid laude dignum tandem adepti ſunt. Ita Hyperius lib. de Theol. Stud. p. 25. Cui obſervationi nobis ſubjicere liceat exemplum incomparabilis Theologi noſtratis *Joh. Gerhardi*, de qvo *Spizelius in Templo Honoris p. 123.* ad hanc rem accommodate loqvitur: *Qvod tantum ecclesia Evangelica ab egregiis Viri hujus laboribus, emolumentum ſit conſecuta, graviſſimo cuidam morbo debet. Eo enim adoleſcens qvindecennis correptus de ſtudio ſacro tractando voverat & interno conſcientiæ ſtimulo excitatus, ad ſtudium Theologicum, à qvo Medicinæ amore captus jam diverti cœperat, regrediebatur.*

§. XI. (β) Altera ratio qvæ obſtat, qvo minus ſtudioſus Theologiæ poſſit à ſe ipſo qvaſi exire, atqve ad aliud ſtudiorum genus tranſire, eſt talenti divinitus in lucri uſum conceſſi occultatio, cujus cauſa & gravis ipſi reddenda ratio, & neceſſe habet ſeveram exſpectare ad tribunal Judicis ſententiam, ex *Lucæ XIV. v. 21. 22. 23. 24.*

§. XII. (γ) Seqvitur, ut oſtendamus, non licere homini ad ſacra ſtudia nato volatico eſſe, ob exitioſam ſumme & à Servatore ipſo reprehenſam inconſtantiam. *Lucæ IX. 62.* Qvin potius ii, qvi deſultoriis ſtudiis fata ſua ſolicitant exempla Prophetarum & Apoſtolorum ſeqvantur, viamqve terant tot ſanctiſſimorum Dei Virorum atqve martyrum veſtigiis ſignatam, qvi à vocatione ſua ne latum qvidem ungvem unqvam deſiſtere voluerunt, donec *curſum abſolverent fidemqve ſervarent. 2. Timoth. IV. v. 7.*

§. XIII. Jam vero conſiderandum erit, qvod leves mutationis cauſæ internam Dei vocationem atqve voluntatem irritam non debeant facere. Vel enim S. S. Theologiæ ſtudio valedicunt plurimi (1) *ex promotionis mora:* id qvidem nulli negamus, non omnibus, *Balthaſaris Meiſneri, Joh. Affelmanni, Matthiæ à Hoë* &c. contingere fata, qvos admodum juvenes vel Academia Profeſſores Theologos vel Eccleſia habuit antiſtites. At Chriſtiani hominis eſt patientia omni horas & moras præſtolari vocantis Dei, neqve impatientia divinum lædere ordinem, qvi hos primo diluculo, illos cir-

ca

ea horam tertiam, nonnullos qvoqve ad undecimam demum vocat in vineam. *Matth. XX. v. 1. ſeqq.* Bene *B. Lutherus in Poſtilla Eccleſ.* Am Tage *Andreæ* des Heiligen Apoſtels in der erſten Lehre: Biſtu gelehrt und verſteheſt GOttes wol / meineſt auch / du wolleſt es andern recht und nützlich fürtragen / harre / wils GOtt haben / er wird dich wol finden / lieber laß dir deine Kunſt nicht den Bauch zureiſſen / GOtt hat deiner nicht vergeſſen / ſoltu ſein Wort predigen / Er wird dich zu ſeiner Zeit befördern / ſetz ihm kein Ziel / Zeit / oder Stelle / denn wo du nicht hin wilt / da wird Er dich hintreiben / und wo du gerne ſeyn wolleſt / da ſoltu nicht hinkommen: Multi tamen ſunt, qvi conqveruntur acriter, ſe in tanto ſtudioſorum Theologiæ numero, præſertim, cum vix legitimas vocationes conſeqvi iidem poſſint, ferme obſoleſcere, & qvis tandem pati velit ſuperba faſtidia qvorundam, de qvibus jam ſuo tempore ad indignationem usqve conqveſtus *Lutherus* eſt, memorabili *epiſtola*, *qvæ exſtat Tomo XII. Opp. Witteb. p. 203.*

Dem Würdigen Herrn Magiſtro Johanni Schreyner / Pfarrherrn zu Grimmen und Superattendenten, meinem günſtigen in Chriſto Freund.

MEin lieber Magiſter und Pfarrherr / ſagt doch (wo es Magiſter Spalatinus nicht thun will) den Edelleuten und wer ſie ſind / daß man nicht kan Pfarrherrn mahlen / wie ſie gerne hätten / und ſolten GOtt dancken / daß ſie das reine Wort aus einem Buch möchten buchſtabiren hören / weil vorzeiten unter dem Pabſt / ſo eitel Teuffels Pfürtze und Dreck haben müſſen hören / und bezahlen theuer gnug. Wer kan den Edelleuten eitel Doctor Martinus und M. Philippus auf ſolchen Betteldienſt ſchaffen? Wollen ſie eitel S. Auguſtinus und S. Ambroſius haben / die mögen ſie ihnen ſelbſt ſchaffen. Wenn ein Pfarrherr ſeinem HErrn Chriſto gnügſam und treu iſt / ſolt billich ein Edelmann (der etwas mercklich es geringer denn Chriſtus) auch zufrieden ſeyn. Muß doch ein Fürſt in ſeinem weltlichen Regiment zufrieden ſeyn / daß Er im gantzen ſeinem Adel kaum drey Werckſtück findet / und mit den andern Füllſteinen Gedult haben muß. Sie wollens alles erleſen haben /

ben/ aber ſelbs nicht erleſen ſeyn noch ſeyn mögen. Solche Sachen ſolt ihr in eurem Creyß ſelbſt ausrichten. Denn wir ohne das überſchütt/ keine Ruhe noch Frieden haben/ für den Sachen aus allen Landen. Laſt dieſen Brieff kommen für Fürſten und Herrn/ oder wo man will/ mir liegt nichts dran. Feria 2. poſt Kiliani 1537. Martinus Luther/ D.

Cogitet itaqve Theologiæ cultor induſtrius non deeſſe pios Magiſtratus, qvi id qvoqve ſibi dictum putent, perſvaſiſſimumqve ſibi habeant, ſummi Dei animadverſionem ſe incurrere, ſi cogitationibus iſtiusmodi patiatur ſe divelli à ſtudio Sacrarum litterarum.

(2) Nec qvicqvam hic profecerit, ſi qvis dicat *ſe tædio præſentis ſtatus capi*, vereri ſe ne ſuccumbat oneri, qvod honos, qvem in Theologiæ ſtudio exſpectet, ſit allaturus. Conſtare qvippe, Sacerdotium non eſſe otium, ſed negotiorum negotium & vel Lutherum ipſum in cap. XL. Eſaiæ Tom. III. Lat. fateri: *prædicare verbum Dei nihil aliud eſſe, qvam derivare in ſe furorem totius inferni & Satanæ.* Ita alios videas ſibi vereri, ut vires & dotes ſuæ ſacris Theologiæ muneribus pares ſint, alios, ut ſatis obfirmato adverſus qvasvis vexationes Diaboli, mundi & carnis ſint animo, qvi qvidvis potius à ſe impetrare malint, qvam ut confidere poſſint, ſatius eſſe, ſi cœpta in uſum eccleſiæ pergant urgere. Nos, qvamvis omnino ſufficientem eruditionem praeſtantiſſimasqve dotes digne in Theologia verſaturo competere aſſeramus; tamen, ut probe qvis ſeipſum intelligat, etiam atqve etiam monemus, ut omnibus modis fugiat nimiam diffidentiam, qvam in incomparabili Viro Hieronymo Wellero *B. Lutherus* vituperat. *Colloqv. Menſal. cap. 22. fol. 184. edit. Francof. anno 1568:* Es ward geredet von *D. Hieronymo Wellern*, wie er ſo kleinmüthig wäre/ verachtete ſeine Gaben/ da er doch gnug Verſtandes/ Kunſt und Wohlredenheit hätte/ mehr denn alle Papiſten/ doch weil er andern nicht konte gleich ſeyn/ träte er zurücke/ und wolte ſich nicht brauchen laſſen. Darauff ſagete D. Martin Luther: Mit nichten ſoll man alſo thun/ ſondern ein ieglicher ſoll zu frieden ſeyn/ und ſich gnügen laſſen an ſeinen Gaben/ die ihm GOtt gegeben hat. Denn ſie können nicht alle Pauli und Johannes der Täuffer ſeyn/ ſondern es müſſen auch Timo-

thei

thei und Titi ſeyn / man darff der Füllſteine an einem Gebäude mehr / denn der Qvadraten. Imgleichen klagte Magiſter Forſtenius, D. Luthero, daß ſein Predigt-Amt ihm ſauer und ſchwer ankäme / und alle ſeine Predigten ihm zu enge würden / auch würde er offt irre darinnen / und wolte / daß er noch bey ſeiner alten Profeſſion geblieben wäre. Ach ſagete D. Martin Luther, daß der liebe Petrus und Paulus davon wären / ihr ſoltet ſie wohl ſchelten / denn ihr bereit ſo geſchickt woltet ſeyn / als ſie / ihr woltet haben den Zehenden / und nicht die Erſtlinge. Eſt aliqvid prodire tenus, ſi non datur ultra. Kriechen und ſchleichen iſt auch etwas / da man nicht weiter kan. Thut ihr das Eure / könnet ihr nicht eine Stunde predigen / ſo ſey es eine halbe oder viertheil Stunde / und richtet euch nicht aller Dinge nach andern / ihnen nachzuahmen und zu folgen / ihr könnet meine / noch eines andern Predigt von Wort zu Wort nicht erlangen / ſondern faſſets aufs einfältigſte und kürtzeſte zuvor / worauf die gantze Sache und Predigt beſtehet / und befehlets darnach unſerm GOtt. Suchet in allerley Einfalt GOttes Ehre / nicht Ruhm und Zufall von Menſchen / und bethet / daß euch GOtt Verſtand und Mund / und den Zuhörern ein recht rein Gehör verleihe / und laſſets GOtt walten. Denn das wollet mir gläuben / daß Predigen nicht Maulwerck iſt / denn ich / wiewohl ich nun ein alter und geübeter Prediger bin; Doch fürchte ich mich / wenn ich predigen ſoll / und ihr werdet gewißlich dieſe 3. Stücke erfahren. Erſtlich / da ihr gleich die Predigt auffs allerbeſte gefaſſet und begriffen habet / worauff ſie ſtehen ſoll / ſo ſoll es auch wol zu trümmern und zu Waſſer werden. Zum andern wenn ihr am Begriffe und Concepte gar verzaget / ſo giebt GOtt Gnade / daß ihr am beſten predigt / daß es dem Hauffen wohlgefället. Zum dritten / wenn ihr nichts gefaſſet habet / daß es beyde euch und den Zuhörern wird gefallen: Darum bittet GOtt / und laſſets dem befohlen ſeyn. Hactenus Lutherus. Neqve ſolum is, qvi divinam vocationem ad Theologiam defugere noluerit, neceſſe habebit inhærere veſtigiis divinæ benignitatis, ſed etiam intentionem afferat oportet ad hoc ſtudium ſubjectionis, ad omnia mala, qvæcunqve ipſi ob nomen Chriſti & ſanctum opus prædicationis à

 fidei

ſidei & pietatis hoſtibus, ab ingrato mundo, à tepidis & carnalibus, à falſis fratribus inferri poſſint. Amplectendum itaqve conſilium hoc erit *B. Lutheri*, qvo vocatione divina fretus facile conſcientiam ſolabatur metumqve omnem abſtergebat. Exſtat illud Comment. in Geneſ. XXVII. *fol.* 56. *Scio ego*, *ſcribit*, *me ſæpe multa ſtulte & temere admodum egiſſe*, *adeo ut cogitarem: Cur Deus vocavit me ad prædicandum*, *cum in me tantum ſcientiæ*, *conſilii & prudentiæ non ſit*, *qvantum magnitudo muneris reqvirit: qvanqvam enim bono & ſimplici animo*, *bono ſtudio & zelo gerebam omnia*, *tamen multum abſurditatis & offenſionum ſæpe ortum eſt*, *ut videretur cœlum & totus mundus ruiturus. Ibi tum in genua procumbere*, *& opem ac auxilium à Deo flagitare cogebar*, *qvi potens eſt ex tragico paroxiſmo cataſtrophen Comicam nobis dormientibus*, *præſtare.* Egregie ad Syrac. 22. ſcribit Mattheſius. conc. 3. p. 147. Wer da ſtehen will auff breitem Fuß / aus- und Fußhalten / der ſteure ſich auff zwo Säulen / nemlich auff GOttes Wort und ſeinem Beruff. HErr GOtt / diß iſt dein Wort / und du haſt mich durch meine Eltern / Præceptores in dieſe Kirchen beruffen zu dieſem heiligen Amt. Ich will dir aushalten / ich glaube dir / und traue dir. Du haſt geſagt / ſey keuſch / ſey getreu. Nun will ich nicht wider Ehre thun / nicht ſtehlen / und ſolt ich betteln gehen / und wann ich gleich Herren und Frauen / König und Käyſer ſolte zu Feinden bekommen / ſo will ich doch thun / was recht iſt / wie Joſeph / GOtt wird meine Unſchuld ſchon an Tag bringen / und mein Lohn ſeyn: Will meine Kirch / oder die Herrſchafft / der ich diene / meine Treu und Fleiß nicht erkennen / und achtet meine Mühe und Fleiß gar gering / und für nichts / ſo will ich doch GOtt in ſeinem Wort und meinem Beruff dienen und aushalten / und laſſe mich von den zwo Säulen / auch der Höllen Pforten nicht reiſſen. Nemo ergo propter ingrati mundi malignum genium, propter pericula, propter labores & moleſtias ſe patiatur abſtrahi à miniſterio, aut univerſim à Studio Theologiæ, ſiqvidem divinum & præceptum, & præſidium, & præmium præſto habemus. Ita enim Deus *Jeremiam* obfirmato jubet eſſe animo cap. 1. v. 14. 15. *Ne illos pertimeſce*, *ne ego te coram eis exſcindam. Ego enim ex te jam hodie efficio munitam urbem*, *ferream columnam & aheneum murum*, *contra totam regionem*, *in Judeæ Reges atqve principes*, *in ſacerdotes & incolas.*

Idem

Idem qvoqve benigniſſimus Deus, qvi Miniſtros ſuos præſidio munit, etiam eloqvio donisqve omnibus inſtruit, ita namqve diſerte Chriſtus: *Nolite curare, qvomodo aut qvid loqvamini: Suggeretur enim Vobis eadem hora, qvid loqvamini. Non enim Vos eritis, qvi loqvemini, ſed Patris veſtri Spiritus in Vobis loqvens.* Hæc ergo divinæ gratiæ certiſſima adjumenta apud unumqvemqve, qvi ſacris ſtudiis ſe ſemel emancipavit ad vividam proficere debent conſolationem, ne qvis defugiat labores, qvos ſuſtinendi muneris ratio olim poſſit afferre. Annon enim præterea qvilibet ſtatus curis laboribusqve eſt obnoxius. Qvam minime ardua munera ſine arduis negotiis poſſint ſuſcipi Moſis exemplum affatim comprobat. Qvare velimus pati, ut adverſarii nos labore vincant ac ſtudio? Atqvi Calvinum refert *Florimundus Raymundus Hiſtoriæ ſuæ de Nativit. Hæreſ. &c. Lib. VII. cap. 10. vix repertum eſſe, qvi Calvinum adæqvaverit in perferendis laboribus. Spatio annorum XIII. Genevæ ſingulis diebus Conciones habuiſſe, binas etiam ſæpe diebus Dominicis. Singulis hebdomadibus Theologiam publicis prælectionibus explicaſſe, & ſingulis diebus veneris colloqvio paſtorum interfuiſſe, ſive collationi, qvam Congregationem appellabant. Qvod reliqvum erat temporis aut libris ſcribendis aut reſponſis ad variorum literas expendiſſe.* Jeſuitæ licet in nobis deteſtentur *Prædicantis* nomen, attamen in laudibus ſuis volunt commemorari prædicaſſe ſæpius. *JOH. GEORGIUM VOLGERUM*, *Alegambe in Biblioth. p. 244.* ſcribit ad publicas conciones, *in qvibus habendis perpetuo verſatus ſit*, S. Chryſoſtomum adhibuiſſe. Eodem Auctore in Biblioth. Jeſuitica *p. 239.* conſtat Jeſuitam *Joh. Falconem* uno eodemqve die ſex ſeptemve habuiſſe conciones, neqve tamen ſatietatem ſacri laboris eum cepiſſe. *Raphaël Oller* Jeſuita (qvem Sancti Apoſtoliqve elogio ejus auditores ornarunt) ſpatio tredecim dierum ſeptuagies concionandi labore defunctus eſt, ceu memorat *Alegambe in Biblioth. Jeſuit. p. 407.* Notiſſimus ob facinora ſua Jeſuita *Petus Cottonius* Anno 1618. *ducentas & viginti publicas conciones habuit*, reliqvarum, qvas eodem anno ad religioſas familias habuit, comes ejus numerum definire haud potuit, ut habet *Alegambe l. c. in Cottonis vita p. 387.* Bellarminus adeo geſtiebat hoc labore perfungi, ut auctoritate Pontificis ſancitam ætatem concionaturi antevertere non dubitaret, ſed multo ante orationes haberet ſacras ad populum, non

 ſine

ſine admiratione auditorum, ceu ex ſcriptoribus vitæ hujusdem conſtat. Vid. D. Præſes im reinen Gewiſſen wegen des Papiſtiſchen Catechiſmi *p. 654.* der Kriege des HErrn. Sunt qvidam, qvi S. Theologiæ ſtudium deſerere animum inducant, qvod dudum egeſtas verbi divini miniſtrorum proverbio locum fecerit;

Pontificat Moſes cum ſacco per civitatem,

Et ſtultum Crœſum ſors per amica beat.

Contra ea:

Dat Galenus opes, dat Juſtinianus honores,

&: *Baldus eqvo vehitur, vehiturqve Avicenna qvadrigis.* Enimvero & illis qvod reſpondeamus, in promtu eſt. Annon enim ipſis æternæ ſufficiunt divitiæ? Et ſiqvidem vel maxime tenui in re ſæpius degere cogantur, qvi ſacris ſe conſecrarunt ſtudiis; tamen *merces eorum multa erit in cœlis* Luc. VI. v. 23. Atqvi Deus etiam illis largiſſime proſpexit qvovis tempore: & in veteri qvidem Teſtamento ordinaverat, ut Sacerdotes atqve Levitæ ſuſtentarentur ab auditoribus ſuis. Reditus illorum erant decimæ agrorum, hortorum, vinearum &c. *Num. XVIII. v. 11.* primitiæ olei muſti frumentiqve. *Numer. XVIII. v. 12.* pars primogenitorum ex pecoribus. *Devter. XV. v. 19.* pectus porrectitium armusqve exceptitius. *Levitic. X. v. 14.* Similiter ipſis cedebant ſempiterno ritu panes appoſititii. *Levitic. XXIV. v. 8. & 9.* caro arietis nec non panis caniſtri *Exod. XXIX. v. 31. 32.* certa pecuniæ pecuniæ ſumma ex votis nuncupatis. *Levitic. XXVII. 2.* & pretium redemtionis illorum, qvi exſuperabant. *Levitic. III. v. 47.* Chriſtus autem in N. T. diviniſſima cura victum cultumqve ſuis comparabat, qvos ad prædicandum Evangelium mittebat, edicendo: Dignus eſt operarius alimento ſuo. *Matth. X. v. 10.* in qvam ſententiam conferatur. *Luc. X. v. 7. 1. Cor. IX. v. 13. 14. ad Gal. VI. v. 6. 1. Timoth. V. v. 17. 18.* Et reperiuntur ſane Auditores, qvi Philippenſium exempla ſeqvuntur & Doctoribus ſuis ad rationem expenſorum & acceptorum conferunt, & qvæ opus ſunt, ſubminiſtrant. *Philipp. IV. v. 15. 16.* Et ſi contingat ob divini prædicationem verbi, qvosdam ſpoliari & ſedibus ſuis expelli, non tamen eis ſunt clauſa Sanctorum alibi viſcera. De cetero ſufficit, qvod Deus ipſe ſit pars atqve patrimonium eorum, *Devter. X. verſ. 9.* Si igitur

tur ſint qvibus anguſta res familiaris, in eo qvoqve juxta cum Apoſtolis gloriari poſſunt: Siqvidem propter Chriſtum & propter electos omnia ſuſtineant: Sine qvo lautiorem in hoc mundo conditionem qværere, & cum aliis fortunæ ſuæ fabri eſſe poſſent. Apoſtolis enim nec aurum nec argentum erat. *Actor. III. v. 6.* illi pauperes erant, & multos ditabant 2. *Cor. VI. v. 10.* illi in fame & ſiti, in frigore & nuditate gloriabantur. 2. *Cor. XI. v. 27.* Chriſtus Rex Regum & Dominus mundi propter nos pauper factus non habebat, ubi caput reclinaret. 2. *Cor. 8. v. 9.* cum *Matth. VIII. v. 20.* Diſcant igitur à pueris, qvi ſacris ſtudiis aliqvando operaturi ſunt ad utramqve fortunæ anſam præparare animum, ut neqve ad divitias, neqve ad honores mundi attenti ſint: qvorſum pertinet gravis admonitio incomparabilis Speneri, Viri zelo ſuo hinc usqve ad cœlum notiſſimi, qvæ exſtat apud *Spizelium de vitiis literatorum comment. IX. & ult. de Nox. Lit. Curioſ. p. 1020. Video plerosqve Parentes, qvi Sacris ſtudiis Liberos ſuos dicant, neutiqvam hoc facere pio Zelo, ut nimirum divinum regnum ſtrenue promoveant, & animoſe hoc agentes mundi in ſe & ſuos odia, qvod propemodum neceſſarium conſeqvens eſt, concitent: ſed ut in certo & qvidem honoratiori etiam in ſeculo ſtatu, vitam qvam ipſi putant, tranqvillam agant, imo aliqvando ſuis honori & commodo ſint. Ita carnalis eſt vere prima intentio etiam ſæpe apud homines alioqvi non malos. Hæc intentio mature puerorum animis imprimitur, deſtinari eos ſacris muneribus, imprimis ante oculos poſitis illis, qvæ præ cæteris fulgent: atqve ita primus, qvi in ſtudium Theologicum amor conciliatur in teneris animis, nititur propriis commodis & honore, qvæ intentio poſtea pleraqve non peſſime alias procedentia miſere corrumpit. Affectus enim ipſos occupat, ut qvicqvid dein in ſtudiis ſuſcipiant, plerumqve ante oculos ſit non tam Deo & proximo vera dilectione ſerviendi, qvam inter alios emergendi, ſuisqve rebus, qvam fieri qveat, commodiſſime proſpiciendi ſtudium.* Nimirum is ſcopulus non minimus eſt, ſed inter reliqvos qvaſi prominet, in qvem bene multi impingunt, dum contendunt S. Theologiæ ſtudium ſibi eſſe non poſſe cordi, (4) *ob ſtudioſorum Theologiæ & eccleſiaſticorum officiorum* contemtum. Non placet nunc, nec vacat in illum excurrere campum & Theologiæ ſtudium, & miniſterii dignitatem prolixius à contemtu Qvakerorum vindicare: neqve tamen ſicco pede præterire poſſumus calumnias Pontificio-

ciorum, qvibus noſtros à ſtudio diviniori abſtrahere conantur, ſed conantur. Solent qvippe hi obterere gloriam Theologorum noſtrorum, qvaſi ex infima plerumqve plebe aſſumantur ignobiles nulla naſcendi ſorte, aut alio externo ſplendore conſpicui, neminem è Principibus, uti qvidem inter Papæos ſacerdotium recipere ceu *Sylveſter Petra Sancta Loyolita notis in epiſtolam Petri Molinæi ad Balzacum cavillatur*, qvas notas caſtigavit *in Jeſuita Vapulante Andr. Rivetus Tom. III. Opp.*& qvidem ejus Caſtig. *cap. IV. p.* 502. impudentiſſimo homini regerit *Papas ipſis fuiſſe ignobiles multos, qvorum nonnulli veteramentarii ſutoris filii fuerunt ut Urbanus IV. teſte Onuphrio: aut Piſtoris, ut Jacobus de Furno Toloſanus, qvi fuit Benedictus XII: aut cujus cognomina, ait Platina, & Patria ob ignobilitatem rejicientur, ut Bonifacius VII, qvod idem dixerat de Chriſtophoro I & aliis nonnullis; aut bubulcorum filii, at nuper Sixtus V.* Pariter inter purpuratos Patres Cardinales ſæpe tales promoveri contingit, qvi omnibus pudori ſunt & ludibrio. Sunt ex eorum numero *Franciſcus Rapacciolus, lintearii alicujus filius; Johannes Jacobus Panzirollus, Sartoris, Martius Gineti Inſtitoris, Volſæus lanione genitus; Julius Mazarinus*, cujus Parens foro turpiter ceſſerat; *Lælius Falconerius litterarum adeo rudis erat, ut vix nomen ſuum legere vel ſcribere qviverit. Franciſcus Barberinus, adoleſcens Cardinalis factus eſt ab Urbano Octavo, cui Pædagogum addere opus habuit Aſcanium Filomarinum, poſtea qvoqve Cardinalem. Conferatur Job. Hoornbeck in Examine Bullæ P. INNOCENTII X. (qva abrogare nititur pacem Germaniæ) p.* 12. Non ergo Jeſuitæ habent, qvod nobis objiciant eviloſcere apud nos miniſterii dignitatem eo, qvod proletarii tenuisqve ſortis homines ad Theologiæ adyta à nobis admittantur. Qvorſum qvoqve videatur Dn. Præſes in den Kriegen des HErrn / & qvidem im reinen Gewiſſen wegen des Päbſtiſchen Catechiſmi. pag. 643. & pag. 649. 659. Qvanqvam ipſis & illud facile largiamur, qvod nec ipſi diſſimulare poterunt, ante hac in Papatu regalia Sacerdotia & pingvia beneficia, ambitu aut ſimonia prævalentibus expoſita fuiſſe. Vidit Germania, & audivit publice concionantem Anhaltinum Principem Wolffgangum, Aſcaniæ Comitem: Vidit & audivit ex eadem Perilluſtri ſtirpe Georgium, Eccleſiæ Merſeburgenſis Diœceſeos præfectum, qvi Sereniſſimum qvondam Saxoniæ Electorem Auguſtum, cum Anna filia Chriſtiani Regis

Daniæ

Daniæ Solemni Eccleſiæ noſtræ ritu copulavit. Ut jam taceamus bene multos inter nos nobili loco natos, qvi Eccleſiaſticis muneribus perpetuam ſibi laudem circumdederunt. Ceterum illud etiam atqve etiam cum *Gisb. Voëtio Politicæ Eccleſiaſt. Parte II. Lib. II. Tract. I. cap. VIII. p. 300.* monemus: *Exploret qvisqve contemtorum miniſterii ſacrorumqve officiorum conſcientiam ſuam, annon ipſe Jeroboamicæ hujus* πολιτείας *(III. Reg. 12. v. 31. pars magna fuerit? Annon ipſe viliſſimorum mancipiorum filios, qvamvis ſæpe nec ingenio, nec moribus, nec eloqventia, nec diligentia ſacro huic ſtudio & miniſterio pares, præ melioribus promoverit & protruſerit? ut ſcilicet eos tanqvam pilas haberet, haut aliter ac Dii, homines, (juxta theologiam Plauti in Captivis,) aut præpoſitis illis ſuis inſidere qveat; uti ranæ regi ſuo trabi.* Qvamvis autem *Becanus in examine Concordiæ Anglicanæ cap. 5.* falſiſſimum commentum referat, qvod crapulam olet convivii illius, in qvo fortaſſe qvidam ex fratribus ejus, bene potus ſomniavit ſe feſtivam illam diſputationem audiviſſe inter nobiles illos, qvorum unus proteſtans, *malle ſe omnes filios ſuos in crucem agi malam profeſſus eſt, qvam ut unus eorum fieret prædicans.* Qvod ſomnium ſatis ridet *Andr. Rivetus Tom. III. Opp. p. 502.* Cui opponere poſſemus plurima exempla noſtratium, qvi calidiſſimis votis à Deo expetierint *cum Friderico Taubmanno* illam conſeqvi felicitatem, ut omnes ex ſe nati digni habeantur, qvi Eccleſiæ DEI ſacris in muneribus utilem aliqvando operam poſſint navare. Attamen inficiari non poſſumus paſſim deſpicatui haberi ſacra ſtudia & munia, uti graviſſime conqveſtus jam ſuo tempore B. Lutherus, Tomo III. Latino Jenenſi fol. 840. *Paſtor animarum contemtiſſimus homo eſt, adeo, ut nullus ruſticus ſit: qvi eum non putet ſicut lutum eſſe, qvod pedibus conculcandum ſit, qvod faciunt qvoqve. Sed genuini Chriſti Diſcipuli munus eſt, gloriam hominum non magis diligere, qvam gloriam DEI.* Joh. XII. 43. *& ſacri ſtudii officiiqve dignitatem non ex mundi malitia, ſed ipſius Summi Numinis æſtimare ingenio,* cujus ſententia res ſi judicetur, Theologiæ ſtudium, eccleſiaſticæ dignitates omnes facultates munera omnia, qvæ mortali contingere poſſunt longo poſt ſe intervallo relinqvunt. Conferatur Summe Reverendus *D. Carpzovius part. II. Concion. Funebr. p. 1434.* Vere *B. Lutherus noſter Tomo V. Jenenſi.* in der Predigt / daß man die Kinder zur Schulen halten ſoll. *f. 172.* Du magſt von Her-

ßen

ſten dich freuen und frölich ſeyn / wo du dich hierin findeſt / daß du von GOtt darzu erwehlet biſt / mit deinem Gut und Arbeit einen Sohn zu erziehen / der ein frommer Chriſtlicher Pfarrherr / Prediger und Schulmeiſter wird / und damit GOtt ſelbſt erzogen haſt einen ſonderlichen Diener / ja wie droben geſagt iſt / einen Heyland vieler Leute / einen König und Fürſten in Chriſtus Reich / und in GOttes Volck einen Lehrer / ein Licht der Welt / und wer will und kan alle Ehre erzehlen eines rechten treuen Pfarrherrns / ſo er für GOtt hat? Es iſt ja kein theurer Schatz noch edler Ding auff Erden und in dieſem Leben / denn ein rechter treuer Pfarrherr und Prediger. Id qvod prolixe poſtmodum deducit. Conferantur *Conſilia Vitembergenſia. Tom. II. Tit. IV. p. 64.* Was ein frommer Prediger ſey / und wofür man denſelben halten ſolle. Vide etiam *Conradi Portæ Paſtoris Islebienſis ad S. Petri & Pauli Paſtorale Lutheri. cap. I.* Tacemus jam honorem ſtudioſis Theologiæ à Regibus delatum, qvod ipſis etiam aſſurrexerint Reges teſte *Rambam* apud *Schickardum Juris Regii Ebræorum cap. IV. Theor. 12. p. 229.* qvod mirum nemini videri debet, cum illos Regibus potiores affirmaverint Rabbini, & qvidem *Rabbi Bechai apud Carpzovium in notis ad locum Schickardi.* Adde, qvod Hebræi fœminam commendaturi freqventarint loqvendi formulam הוגנת להנשא לכהונה *qvod idonea eſſet, qvæ maritaretur à ſacerdote*, ut teſtis eſt *Joh. Lightfootus in Lucæ I. v. 5. p. 712.* Nihil qvippe tam magnificum cogitari poteſt, id dignitas Theologi qvin exſuperet. Patet id ex titulis, qvi illis in ſcriptura tribuuntur. Dicuntur enim *angeli Jehovæ exercituum.* Malach. 2. v. 7. *diſpenſatores.* 1. Cor. 4. v. 1. *viri & ſervi Dei* aut *Jeſu Chriſti* κατ' ἐξοχὴν. Rom. 1. v. 1. *Amici Chriſti* Joh. 15. v. 15. *Cooperarii Chriſti* 2. Cor. 6. v. 1. *ſtellæ in manu Chriſti.* Apocal. 1. v. 20. *lux mundi & ſal terræ* Matth. 5. v. 13. 14. *juſtificatores*, Daniel. 12. v. 3. *ſalvatores.* 1. ad Tim. 4. v. 16. *Nuncii ſ. Legati Chriſti*, 2. Cor. 5. v. 20. coll. cum Eſaiæ 52. v. 7. & Rom. 10. v. 15. *Omnis qvidem ordo à Deo, inſtitutus eſt honorabilis (conjugium ſcil. Hebr. 13. v. 4. Politica gubernatio, 1. Petr. II. v. 13. 17.) ergo & ordo eccleſiaſticus non minus eſt honorabilis; imo & multo magis: qvia eſt inſtitutus à Deo, & qvidem qva redemtore & verſatur circa ſacra & ſpiritualia, ad æternam ſalutem ducentia; non circa τὰ βιώτικα & temporalia.* Verba ſunt *Gisberti Voëtii Polit. Eccleſiaſt. P. II. p. 285.* Qvippe Theologia

logia

logia tanto intervallo anteponenda cuicunqve alii ſtudiorum generi qvantum anima corpori rebusqve fortunæ præſtat, qvo videatur *Andreas Gerhardus Hyperius de Theolog. ſtud.* pag. 49. Hanc ergo excellentiam Theologiæ nemo ſibi patiatur eripi, ſed obfirmato animo conſtanter perſeveret progredi in eodem ſtudio, qvod in pretio habere occepit: aures omnium, qvotqvot ſemel Deo operam ſuam in eccleſia addixerunt, continuo vocibus Chriſti præcipientis Magiſtri perſonent: *Scrutamini Scripturas Joh. V. v. 39.* Nemo ſibi transfuga imponat falſis perſvaſionibus, qvod leves iſtiusmodi rationes & phaleratas nugas juſtiſſimo ac ſeveriſſimo judici, eidemqve capiti eccleſiæ illius, in qva eo jus opera uti voluerat, aliqvando ſecure & intrepide in apologiæ uſum poſſit opponere. Audite vos olim divini conſcii muneris, qvibus nunc in typho ſeculi adornando eſt animus, præceps valde eſt lapſus, qvo ruatis etiam atqve etiam videte. Cernuas pedibus veſtris ſe advolventes cernite animas, divinæ origini per vos reddi discupientes, atqve cœleſti veſtra opera commercio imbui, ad fidei vitæqve normam à vobis traduci. Scelus cogitate Caini, qvo ille fratrem interimebat, Deumqve ad pœnam qvadam qvaſi *ſangvinum* qverela movebat. *Geneſ. IV. v. 10.* ad qvem locum qvidam Rabbinorum congruenter notant, Spiritum S. ideo plurativum adhibuiſſe numerum, ut indigitaret vindictam facinoris poſcere, qvotqvot in unico hoc jugulo eſſent trucidati, futuri olim juſtiſſimi Abelis haud forte inficianda progenies. Capitalius eſt hoc crimen, nullisqve vel æternis eluendum cruciatibus, in qvod vos induitis, qvotqvot profligata divina vocatione animos ſuffocatis, cœlumqve ſpoliatis, è qvo extorres in inferno æternis convitiis late ſerpens vobis exitium mavultis exprobrari. Auguſtum Imperatorem accepimus cladem Qvintilii Vari una cum exercitu in Veſtophalia ab Arminio proſtrati tanta impatientia tuliſſe, ut caput interdum allideret foribus, clamando: *Qvintili redde legiones.* Humani aliqvid paſſum eſſe Auguſtiſſimum Imperatorem res ipſa loqvitur: ceterum juſtiſſima indignatio in eum, qvi Legiones illas perdiderat, auguſtiſſimus amor adverſus eos, qvibus ut membris trucidatis ipſe caput ut ſuperſtes eſſe vellet, vix à ſe poterat impetrare. Qvo animo Chriſti judicis aliqvando ſuſtinebitis vocem ejusmodi: *Reddite Legiones*, Vos, qvotqvot deſtinavit ipſe ſacris muneribus, in qvibus po-

mœria

mœria eccleſiæ proferretis atqve Diaboli regnum diſſiparetis, animasqve vobis committendas æternum ſervaretis. Attamen niſi humana vos movere poterunt, divina tandem moveant. Chriſti vos ſangvis obſecrat, ſangvis in redemtionem univerſi generis humani effuſus, ſangvis, qvi & illi eccleſiæ, qvam veſtro miniſterio collectam oportebat, pretium apud Patrem cœleſtem ſit conciliaturus. Adeſte vos jam volatici homines, injuſti donorum DEI æſtimatores! Siſtite vos Jeſu percontanti. Unum eſt, qvod vos qværere velit: *etiamne amatis me?* Enimvero probe intelligite vos, conſcientiam veſtram obteſtor, cujus notiones Deo ſunt explicatiſſimæ; ſi libenter vereqve aſſeratis, tum protinus audietis: *Paſcite oves meas.* Si renuatis, cogitate amori JESU vos nuntium mittere, cogitate extrema veſtra deſtituta fore Angelorum miniſterio, omnem reliqvam vitam non niſi propagationem miſeriæ terroribus calamitatibusqve pleniſſimam futuram, nullam ſpem ſupereſſe deficientibus à Deo; ſed inferarum ſedum barathris abſorbendos æternumqve in nunqvam finienda ſecula affligendos eſſe. At enim qvam pulchrum Deo adhærere. Urget Zelum hunc noſtrum incomparabilis Spenerus in appendice prima, der Klage über das verdorbene Chriſtenthum: Ob man mit gutem Gewiſſen heut zu Tage in dem Kirchen-Dienſt ſtehen bleiben könne / oder denſelben nothwendig verlaſſen müſſe. p. 203. ſeqq.

§. XIV. Qvæ tamen non eo accepta volumus qvaſi nullus unqvam mutandis ſtudiorum generibus locus dari poſſit. Cave enim, credas ideo non deſerendum eſſe ſtudium Theologiæ, qvod in aliis ſtatibus vitæqve inſtitutis & facultatibus non poſſit ſperari ſalus. Ut proinde fruſtra ſtudium Juris relinqvere voluerint. Joh. Petr. Ala. uti ipſe *Tr. de Advoc. & Cauſid. Chriſt. p. 2. Ex hort. 3.* ait: ſe ingenti ſtupore percuſſum, cum aliqvando legiſſet, ſubulcum qvendam multum elaboraſſe, ut porcos ageret in ſuile, & tandem indignatum exclamaſſe: *Eatis tandem in hoc ſtabulum, ſicuti Procuratores & Advocati deſcendunt in infernum, & continuo gregatim omnes introiviſſe*, qvod idem Joh. Paræo celeberrimo Juriſconſulto, ad Florentinam urbem deambulatum prodeunti accidiſſe refert *Wadingus Tom. I. Annal. Minor. f. 84.* Minime autem hæc, qvæ de

con-

conſtantia Theologiæ ſtudio aſſerenda ſcripſimus ultra omnem mutationem conſilii urgemus: qvandoqvidem omnino concedimus, intercedere poſſe momenta plurima, qvibus qvis adductus citra ullam offenſionem ſacri Numinis & conſcientiæ ſuæ læſionem qvis poſſit debeatqve tranſire à Theologia ad aliam qvandam ſuperiorum facultatum, qvæ vocantur, aut plane ad aliud vitæ inſtitutum.

(1.) Primo enim regreſſum à ſtudio Theologiæ imperat *defectus internæ vocationis*, de qva ſupra explicatius egimus. Qvi namqve ita vocati non accedunt, iis omnino verendum, ne pariter Deus conqveratur: *Currebant, & non mittebam eos* Jerem. 23. v. 21.

(2.) Deinde qvoqve vacationem ſtudii Theologici impetrare poſſe confidimus, qvotqvot *maculis ſupervenientibus* à ſanctiſſimis deſtinationibus tantum non abarcentur. Et qvidem in homicidio commiſſo rem ita definit *Lucas Backmeiſterus* Roſtochienſium Theologus longe celeberrimus *in Faſciculo qvæſtionum Theologicarum qv. IV. p. 46.*

Ob einer / der auff einer Univerſität einen Todſchlag begangen / wohl könne zum Predig-Amt befördert werden?

Antwort Miniſterii Roſtochienſis.

NAchdem ihr Wohlgelahrter N. in euer uns behandter und in conſeſſu Miniſterii verleſener Supplication uns von euren leyder mit einem Studioſo vormals allhie geſchehenen betrübten Conflictu, davon derſelbe Todes verblichen / kläglich berichtet / und zum Troſt Eures hochbetrübten Gewiſſens unſer Judicium und Teſtimonium darüber höheſtes Fleiſſes demüthig erſuchet und gebeten / Ob ihr das Amt des Heil. Miniſterii in fürfallender legitima vocatione wol bona conſcientia könnet annehmen und bedienen.

Als verhalten wir euch nicht / daß wir aus den von euch erwehneten / und in Furchten GOttes wol erwogenen Urſachen es dafür halten und achten / daß ihr legitimam ad SS. Miniſterium vocationem, wann ſie euch durch GOttes Schickung / offeriret werde / wol amplectiren, annehmen und bedienen könnet und möget / weil ihr per competentem judicem ab ordinaria pœna, nach fleißiger Erkündigung und Verhör der Sachen / gäntzlich abſolviret, von Eurem Seel. Vater zu dem

Studio Theologico deſtiniret, Ihr auch ſelbſt GOtt und ſeiner Kirchen in Miniſterio zu dienen Euch conſecriret und angelobet habet / bevorab / da Ihr um Verzeihung Eures gethanen Exceſſus und Fehltritts GOTT dem HErrn mit wahrem bußfertigem Hertzen / im Glauben / daß er auch omnis generis peccatores zu Gnaden auff- und annehmen / hertzlich erſuchet und bittet / auch ſeiner Kirchen hinführo treulich zu dienen / mit Hülff und Beyſtand GOttes des Heiligen Geiſtes / Euch befleißigen werdet / thun euch hiemit Göttlicher Verwahrung und Regierung GOttes des Heiligen Geiſtes empfehlen. Datum Roſtock den 7. Febr. An. 1620.

Circa qvod Deciſum ſtudioſe annotamus, qvod ad liberationem à pœna per competentem Judicem provocet, tum qvoqve ut ſub conſcientiæ pretio, inqviſitio in crimen ſit inſtituta, & ſic tandem moderamen inculpatæ tutelæ liqvido emergat. Neqve enim Licentiam Moraliſtarum in excuſandis peccatis (qva Diana & Baunius blaſphemum iſtud elogium emeruerunt, ut *Agni Dei tollentes peccata mundi dicerentur*) admittimus, qvi etiam ob leviſſimas cauſa homicidia permittunt & excuſant, e. g. ob calumniam, ſi qvis illam vel de religione tua, vel de Perſona tua ſpargere intendat. Qvorſum videatur *Franciſcus Amicus* Prof. in collegiis Aqvilejano, Neapolitano, Græcenſi, Viennenſi *Curſus Theolog. Tom. IV. Diſp. XXXV. n. 118. f. 412.* Tum qvoqve ob dicta in perſonam tuam convitia, qvod defendit *Caramuel Theologiæ Moralis fundamento LV. de homicidio* §. *4. p. 545.* porro ob imputationem mendacii, ut auctor eſt *Eſcobarius Tract. I. Ex. VII. n. 49.* ad declinandam etiam alapam, ut habet *Thomas Tamburinus Jeſuita, in Univ. Meſſana. Theol. prim. Prof. Explic. Decal. Lib. VI. Cap. I. de homicidio juſto* §. *3. fol. 236.* deniqve ob fugæ opprobrium, dicente *Azorio P. III. Inſtit. Moral. Lib. 2. cap. 1. p. 105.* vide *Dn. Præſidis* Ζήτημα *utrum Moſes Ægyptium juſte occiderit. p. 42. 43. 44. 45.* ceterum conferatur *Beſoldi Theſ. Pract. voce* Nothwehr. *p. 581.* Qvod ſi autem Deus in V. T. non omnes, etiamſi ex ſacerdotali Aaronis familia eſſent ſacerdotium volebat obire, neqve qvidem omnes ex tribu Levi ad officium & functionem Levitarum adhiberi ob impedimenta macularum aut defectuum corporalium multo minus acceptum ipſi erit officium hominis, qvi inſignibus atqve intolerabilibus vitiis animi ſit depravatus, in qvam rem videatur *Gisb. Voëtius*

tius Politicæ Eccleſiaſticæ. P. II. Lib. II. Tract. III. cap. 1. p. 395. & p. 398. Conferatur omnino *Jo. Seldenus de ſucceſſionibus ad Leges Ebræorum in Pontificatum. Lib. II. cap. V.* ubi ex inſtituto de Vitiis Corporalibus, qvorum in admittenda ſive functione ſacerdotali ſive Pontificali ſucceſſione ratio erat habenda. Hanc Legem Judæorum infernalis Dei ſimia Diabolus in gentilium qvoqve inſtituta derivavit, ut elegantiſſime oſtendit Joh. Fabricius in eruditiſſima Diſſertatione *de Cavozelia gentium*, *ipſi Bochart. P. I. Hierozoici. Lib. II. c. XXXIII. fol. 324.* tanqvam doctiſſima, ex qva ingenue agnoſcat, ſe non pauca didiciſſe, commendata, *p. 186. Tom. II. Diſp. Acad. Dilherri:* Lex ſcribit; erat & apud Judæos omnibus Sacerdotibus poſita, ut integro eſſent corpore: ſi qvi vero aliqvo corporis vitio laborarent, manci videlicet, gibboſi, vari, valgi, ſtrabones, pæti, aut aliter deformes & imperfecti, ii ſacrificiis abſtinerent. Lev. XXI. 17. 18. Intelligens hoc Antigonus Ariſtobuli Regis filius, Hircanum, Judæorum Pontificem, patruum ſuum, captum utrisqve auribus truncavit. Ita proviſum abunde fuit, ne fungi in poſterum ſacratiſſimo honore poſſet. Intellexere id ipſum & vetuſtiores Romani, qvorum lex erat: SACERDOS INTEGER SIT: itidem non minus Pontifici, qvam aliis lata. Qvam Seneca recenſens, ſtatim exemplo probat, priori ſimili: Metellus Pontifex, qvum arderet Veſtæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdidit, ſacerdotium illi negatur. Poſtea de Sacerdotibus in genere ſubjicit: Sacerdos non integri corporis, qvaſi mali ominis res, vitandus eſt. Hoc in victimis notatur, qvanto magis in Sacerdotibus. Hinc Dionyſius Halic. Sacerdotes à Romulo lectos ſcribit, qvi virtute ac genere præcellerent cæteros, cenſumqve ſufficientem haberent, & corpore eſſent nulla ex parte trunco. Canones Pontificii idem ſtatuunt: ne Clericus ſit aliqvo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adoleſcentia ſordidatus, vel corpore vitiatus. cap. 1. priſcis. diſt. IV. Idem dicitur c. III. pœnitentes, ejusd. diſt. ut inſcii litterarum, aut aliqva membrorum damna perpeſſi, ad ſacros ordines adſpirare non audeant. Qvod ipſum tamen poſtea ita mitigatur, ut morbi, Medicorum inciſiones, & caſus fortuiti ab hoc decreto excipiantur, cap. 6. ſeqq. Unde ſexti ſolum canonis verba, qvæ ſunt Innocentii ad Felicem, Nucerianum Epiſcopum, epiſt. IV. c. I. huc adſcribemus: Qui partem cujuslibet digiti ſibi

ipſi volens abſcidit, hunc ad Clerum Canones non admittunt. Cui vero caſu aliqvo contigit, dum aut operi ruſtico curam impendit, aut aliqvid faciens ſe non ſponte percuſſit, hos Canones præcipiunt & Clericos fieri, &, ſi in Clero fuerint reperti, non abjici. In illis enim voluntas judicata, qvæ ſibi auſa fuit ferrum injicere; in iſtis vero caſus veniam meruit. Preſſiùs hæc urgeri ſolita à Gentilibus, qvibus ne morbi qvidem aut langvores aliiqve caſus poterant ſatis facere, qvo minus qvacunqve ratione mutilatos diminutosqve, ac multato, ut Tacitus loqvitur, corpore, Sacerdotio amoverent. Ex Plinio occurrit in exemplum M. Sergius, qvi prælio fortiſſimus dexteram manum cum perdidiſſet, ipſa virtute ſua effecit, ut Sacris in Prætura arceretur à Collegis, ut debilis. Pari rigore in Augures animadverſum, qvos tradit Plutarchus, ſi ulcus habuiſſent, ab auguriorum captatione fuiſſe prohibitos. Qvin & in Sacerdotibus fœminis corporis olim ſpectata integritas: indeqve in Virginibus Veſtalibus cautum fuit, ne à Pontifice caperetur, qvæ lingva debili, ſenſuve aurium deminuto, aliave corporis labe inſignita ſit. Sed redeamus ad Seldenum, qvi, *c. VI.* de vitiis animi, qvæ tam functioni ſacerdotali qvam ſucceſſioni in Pontificatum, obſtarent, prolixe agit. *p. 223. ſeqq.* Et præcipue ex eodem capite *p. 227.* notamus Seldeni inſigne præjudicium, ad præſentem cauſam, qvam maxime accommodatum: *Neqve ad hanc rem ſpectat illud Exodi c. XXI. v. 14. Si qvis per induſtriam occiderit proximum ſuum & per inſidias; ab altari meo evelles eum, ut moriatur. Id intelligitur, non de vitio ejusmodi ex homicidio qvolibetcunqve contracto, ut inde miniſterio altaris Sacerdos eſſet deponendus, ſed de pœna tantum mortis ita homicidæ infligenda, ut nec altare velut aſylum, eum omnino tueretur ad qvorum mentem Jarchius ibidem:* אם היה כהן רצח לעבור עבודה תקחנו למות. *Etiamſi fuerit Sacerdos homicida, atqve is ſacrificium peragere velit, ipſum qvoqve evelles, ſeu tolles, ut morte plectatur.* Licet autem efficacia verbi & Sacramentorum non dependeat à dignitate miniſtri, tamen omnibus modis cavendum, ne lædatur conſcientia admittendo ejusmodi maculas, qvæ inſideant altius, animoqve hominis ejiciant fiduciam erga Deum, nedum permittant, ut is aliis illam reluctante & cruda conſcientia, poſſit ingenerare.

Deinde etiam *infirmitas corporis & imbecillitas virium præſertim ſi cerebrum*

rebrum qvoqve inde affectum reddatur, qvandoqve ſvadet, ut qvis ætatem reliqvam in vita privata exigere malit, aut leniorum facultatum artibus ſe tradat. Non eqvidem ſtatim animum oportet deſpondere, ſed DEI in infirmis etiam potentis ſalus exſpectanda: unde *Conſultiſſimum illud ſui ævi variis in vexationibus oraculum. D. Hieronymus Wellerus* cuidam ob enervatas vires & corporis & ingenii vacationem ſacri muneris impetraturo, ceu omnino de Viro in ſacro munere jam conſtituto, & vel inde confirmatiore judicare conveniebat, ægre annuit, in Reſponſione ſecunda ad litteras ſymbulevticas Paſtoris cujusdam, de variis animi ægritudinibus conqverentis, habetur illa reſponſio *in faſciculo* vornehmer / ſchöner Troſt-Sprüche / aus den Pſalmen und neuen Teſtament ausgeleget / ſamt etlichen Troſt-Schrifften und Gebethlein / ſo der Ehrwürdige Herr D. Hieronymus Weller geſchrieben hat. *Collect. per M. Michaelem Hempelium impr. 1581. p. 111. De tertia qvæſtione: An poſſis bona conſcientia docendi munus in Eccleſia deſerere, propter imbecillitatem valetudinis? Sic reſpondeo. Neminem debere aut propter valetudinis imbecillitatem, aut pericula, aut ulla alia incommoda vocationem ſuam deſerere, juxta illud Pauli: 1. Cor. 7. In qva qvisqve vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Nullo igitur modo poſſum tibi eſſe autor, ut docendi munus in Eccleſia deſeras, niſi vi coactus fueris illud deſerere, hoc eſt, aut per Tyrannos, aut morbum lethalem. Qvi hoc onus tibi impoſuit, idem etiam vires ſuppeditabit, ut illud poſſis ſuſtinere, juxta illud Eſ. 40. Qvi dat virtutem laſſo, & ſat virium impotenti. Propone tibi exemplum Hieremiæ, qvi cum decreviſſet, munus ſuum Propheticum deſerere, ingentes cruciatus cordis ſenſit, qvibus propemodum confectus fuiſſet. Item: Exemplum Tauleri, qvi & ipſe magnum dolorem animi & ἀήθειαν ſibi conciliaverat, cum concionandi officium ad tempus intermiſiſſet, mox vero ſimul atqve rurſus concionari cœperat, & animi, & corporis vires recuperavit. Nemini unqvam feliciter ceſſit, qvi vocationem ſuam deſeruit. Novi excellentem Medicinæ Doctorem, cujus ego liberos olim inſtitui, qvi ſæpe dicere ſolitus eſt, ſe poſtqvam munus gubernandæ reip. deſeruiſſet, (erat enim Conſul in mea patria) & virium corporis & rei familiaris magnam feciſſe jacturam. Habebat enim ſingularem felicitatem in gubernatione publica.* Ceterum omnino ceu verbo Dei conſentaneum probamus judicium Facult. Theologicæ Lipſienſis,

pſienſis, qvanqvam diligenter notari velimus, agi de homine ejusmodi, qvi qvidem deſtinatus ſit functioni Theologicæ, ſed illam nondum ſit conſecutus, Recenſet id *Georgius Dedekennus Theſauri Conſiliorum & Deciſionum Volumine III. p.* 473.

Ob ein Studioſus, welcher ein Gelůbd gethan / Theologiam zu ſtudiren / ſolches zu leiſten verbunden ſey / auch mit Schaden ſeiner Leibes-Geſundheit / und ob es ſchon wieder ſeine Natur zu ſeyn ſcheine.

Ehrenveſter / und Wohlgelahrter / gůnſtiger guter Freund, ꝛc.

Als ihr uns eine Gewiſſens-Frage zugeſchickt / und aus GOttes Wort zu berichten gebeten; Ob ihr nunmehr mit gutem Gewiſſen ſolche Anfechtungen / die euch wegen nicht gehaltenem Gelóbnůß / dadurch ihr euch verpflichtet / ſo wahr euch GOtt helffen ſoll / woltet ihr Theologiam ſtudiren / und ein Prediger werden / verwerffen / und in gegenwårtigem eurem Beruff bleiben / auch ſchlieſſen móget: Daß GOtt gleichſam ſelbſt euer votum caſſiret / indem Er auch das Vermógen darzu entzogen / durch Melancholey und Periclitirung euer Geſundheit / welches nun zum andern mahl euch wiederfahren ſey?

Als berichten wir nach vorgehabter Überleſung und Betrachtung eurer Frage mit ihren Umſtånden in GOttes Wort gegrůndet zu ſeyn: Habt ihr im 29. Jahr eures Alters zu GOtt dieſes Votum gethan / ihr wollet Theologiam ſtudiren / und ein Prediger werden / ſo wahr euch GOtt helffen ſolte / und habt noch Eltern / oder Groß-Eltern / gehabt / die dieſes Gelůbde gehóret oder erfahren / und darein conſentiret haben / ſo ſeyd ihr / wo nicht offenbahrliche Leibes-Schwachheit euch daran verhindert / ſolches zu vollziehen ſchuldig. Iſt euch aber nach der Zeit ſolche Melancholey und Leibes-Schwachheit zugeſtoſſen / davon zweene verſtåndige und bewehrte Medici zeugen / daß euer Verſtand zu ſchwach ſey / eine Predigt auszudencken / oder euer Gedåchtniß zu ſchwach / dieſelbe zu behalten / oder eure Leibes-Kråffte zu geringe / dieſelbe Predigt auszureden / oder anders / was zu Ausſpendung der Heil. Sacramenten / und Bedienung der Krancken nóthig iſt / zu verrichten. Hergegen aber Schul-Arbeit / oder andere Politiſche Aemter zu verſorgen / tůchtig und ſtarck gnug ſeyd / und uns deswegen ein beglaublich Atteſtatum zuſtelleten / ſo wehret ihr euer Votum

tum

eum zu ändern / und den Vorſatz / ein Prediger zu werden / mit einem andern Studio, darzu euch die Medici, eure Eltern / oder das Geiſtliche Miniſterium eures Orths / und eure eigene Empfindlichkeit tüchtig erkennen / zu verwandeln wohl befüget / weil durch Schul-Arbeit / Regiments-Arbeit / häußliche Nahrung / und Kinder-Zucht / GOtt auch gedienet / ſeine Ehre und gute Ordnung befördert / auch andere Chriſten zu Tugendhaffter Nachfolge angeleitet / ob gleich nicht ſo viel Seelen mit Worten und Exempeln zu GOttes Erkäntniß / und ihme zu dancken / angeführet werden / als durchs Predigt-Amt.

Denn GOtt begehret das nicht / das ein Chriſt / ſichtbarlichen und unläugbarn Abgang ſeiner Geſundheit / Leibes und Lebens über ſich nehmen ſolle / wenn er gleich weiß / daß er mit Darſtreckung ſeiner Geſundheit / auch Leibes und Lebens GOtt mehr Seelen in Himmel zuführen könne / als durch Ergreiffung eines andern Chriſtlichen Amts in Schulen / Hauß- und Regiments-Sachen / wenn ſonſten an andern ordentlichen Lehrern und Predigern kein Gebrechen noch Mangel iſt: Alleine / weil ihr uns euren ietzigen Zuſtand und Amts-Geſchäffte nicht offenbahret / habt ihr klüger und verſtändiger Leute / ſonderlich aber des Miniſterii bey euch / oder auch des Geiſtlichen Conſiſtorii Gutachten zu vernehmen / zu welcher Schul- oder Amts-Verrichtung / oder auch häußlicher Nahrung / ſo dem Predigt-Amt zum nechſten kömmt / und nach demſelben zu der Menſchen Heil und Seeligkeit den meiſten Nutzen ſchaffet / und euch demſelben zu beqvemen / auf daß / wenn ihr GOtt mit Lehren und Predigen nicht dienen könnet / dennoch in ein ſolch Amt tretet / welches dem Lehr- und Predigt-Amt das näheſte iſt / und von euch verrichtet werden kan / weil auch Chriſtus ſelbſt ſein Predigt-Amt alſo hat ausgerichtet / daß er zu ſeiner täglichen Geſundheit Ruhe genommen / und dem Leibe zu Nothdürfftiger Erqvickung die Ruhe gelaſſen hat. Welches auch S. Paulus ſeinem Jünger Timotheo zugeſtattet / daß er ſeinem Magen / die Däuung zu verrichten / nothdürfftigen Wein möge zukommen laſſen. 1. Tim. 5. v. 23.

(4.) Neqve deniqve dicemus obligatum eſſe qvendam ad perſeqvendum S. Theologiæ ſtudium, etiamſi inconſiderato vel Parentum, vel etiam ſuo voto ſe deſtinatum fateatur. Ac primo qvidem negari

non

non poteſt, poſſe Parentes certis ex cauſis filios ſuos Deo & ſacris conſecrare & votis deſtinare. Sed enim etiam atqve etiam videant Parentes, ut adſit naturalis propenſio & aptitudo ad ſtudia ſacra, qvibus ipſis interna vocatio abſolvitur. Deprehenſis manifeſto his dotibus nutibusqve divinis omnino debent etiam filios ſuos eccleſiæ emancipare. Qvi ſecus faciunt, graviter adverſus Deum peccant, qvi Parentibus ſatis aperte declarat, qvorſum filios ipſis elargitus ſit, qvorſum & ipſe ſupremo nutu deſtinarit. Voluntati ergo divinæ abnuunt parentes ejusmodi, Deumqve qvaſi ſtultitiæ poſcunt: peccant etiam in commoda & felicitatem liberorum ſuorum, eorundemqve honorem imminuunt, beatitates illorum in diras convertunt: peccant deniqve in eccleſiam & rempublicam, qvas exoptatiſſimis divinitusqve conceſſis luminibus columinibusqve privant: adde qvod noxam admiſſæ in eccleſiam hæreſeos, turbatæ & everſæ Reipublicæ in ſe derivent, qvas calamitates avertere dextre potuiſſent, ſi filium in eam ſpem educaſſent, cui Deus eum erat gratificatus. Qvod ſi igitur ex internæ vocationis indiciis pronis atqve firmis Parentes ſtudio ſacro liberos devoveant, obligati omnino ſunt, qvantum in ipſis eſt, in rem conferre vota, exemplo Hannæ. *1. Samuelis I.* v. 11. & 22. qvæ, cum *Jovæ filium in omnem vitam ejus dediſſet, eo deducebat, ut Jovæ appareret, illisqve eſſet perpetuo.* Filii autem exemplo Samuelis obligati ſunt qvoqve Parentibus ut in omnibus, ſic qvoqve hac in re præſtare obœdientiam; ita tamen, ut & ipſi internæ vocationis ſibi ſint conſcii, & ad annos diſcretionis pervenientes, eandem qvoqve accurato voto ſuo muniant, perſvaſiſſimiqve adeo ſint, Dei & Parentum voluntati ſe non poſſe non conſentire. Alias tenendum eſt votum inconſideratum nullam hic injicere religionem. *Exigitur autem ad votum deliberatio plena, qvæ diſtingvitur contra motus primo primos, in qvibus nulla eſt libertas, ſed absqve illa deliberatione res objecta ſtatim placet, & etiam, ut diſtingvitur contra motus ſecundo primos, in qvibus eſt ſemiplena deliberatio & imperfecta libertas, qvanqvam non neceſſaria ſit diuturna atqve operoſa, ut patet è Rom. XII. 1. 2. Fallit omnino regula Caſuiſtarum (Laymannus Theol. Moral. L. IV. tr. 4. c. 1. n. 2.) qvam tradunt communiter tantam ſcilicet animi deliberationem ſufficere ad vovendum, qvanta ſufficit ad moraliter peccandum: neqve ſatis tuto concludit Gloſſa in C. mulier. cauſ. 32. q. 2. cum ait: qvi*

ſe

ſe poteſt obligare Diabolo, poteſt etiam ſe obligare Deo: Nam ad votum DEO gratum edendum præternaturalia poſtulantur, ad peccatum mortale ſola natura ſufficit. Rom. VI. v. ult. qvorſum vid. *Theolog. Moralis Dorſcheana* à Dn. Præſide edita Diſputationibusqve propoſita. *pag. 40. 41.* De cetero probamus Moraliſtarum ſententiam, qvæ etiam placuit Fac. Theol. Noſtræ vid. conſilia Witteb. Tom. II. p. 35. Sed dabimus integram: In voto mero perſonali, oder welches allein auf die Perſon gehet/ welche das Gelůbde thut/ als daß ſie wolle eine gewiſſe Zeit faſten/ dieſes oder jenes thun/ auch die Jhrigen ſolten dergleichen thun/ ſey niemand/ ſive extraneus, ſive filius aut hæres, ſchuldig/ ſolchem Voto bloſſer Dinge nachzukommen/ weil ſolch onus perſonale mit der Erb-Schrifft nichts zu thun hat/ ſondern der Perſon anhanget/ welche ſich durch ſolch Votum anheiſig gemacht hat/ alſo anders nicht: wůrden alsdenn erſt dazu obligiret/ wenn poſt expletos annos diſcretionis der vǒllige Verſtand von ſolchen Sachen zu judiciren/ und der Conſens darzu kommet/ welches denn unter andern auch daher erſcheinet/ daß Deut. 23, 22. geſagt wird/ wenn du das Geloben unter wegen låſſeſt/ ſo iſts dirs keine Sůnde/ und wenn im A. T. ein Weib/ Sohn und Tochter/ Knecht/ oder Magd/ ein Gelůbde thut/ und der Mann/ Vater/ und Herr/ nicht drein willigen wolte/ ſo wåre es ungůltig/ wie Num. 30. zu ſehen; Gleichwie aber nun niemand ein Gelůbde thun kan/ in præjudicium tertii, und wieder Willen ſeiner Obern/ in deren Gewalt er aus natůrlichen/ Gǒttlichen/ oder weltl. Rechten zu der Zeit iſt/ alſo kan auch niemand wider ſeinen Willen gezwungen werden/ entweder ſelbſt ein Gelůbde zu thun/ oder ſich zu eines andern Gelůbde zu verbinden; denn zu geſchweigen/ das (1.) ein Votum aus freyen vollkommenen Willen und wolbedachten Vorſatz geſchehen ſoll/ und wo kein Verſtand und freyer Wille iſt/ da kan auch keine Verbindung folgen/ ſo iſt auch (2.) ein Gelůbde promiſſio, oder actus, dadurch einer ihm ſelbſt ein Geſetz vorſchreibet/ und in ſeinem Gewiſſen darzu verbindet/ daß er ſich in gewiſſen Fållen darnach halten wolle: nun kan aber kein Privatus den andern mit ſonderlichen Legibus in ſeinem Gewiſſen verbinden; und wenn er eines andern wegen ein Gelůbde thun will/ ſo hålt es doch (3.) allezeit die tacitam conditionem in ſich/ ſi nempe alter conſenſerit, aut ſaltem non repugnarit, wie Thom. 22.

qv. 88. art. 8. und ſeine Comment. recht ſchlieſſen / mit welchen denn auch (4.) das Jus Canon. Cap. ſicut Eugenii II. & cap. illud Marcelli P. P. cauſſ. 20. q. 1. item cap. cum ſimus, de Regularibus, desgleichen (5.) die Concilia mehrentheils da hinaus gehen / daß ein Sohn / wenn er ad annos diſcretionis gekommen / keines weges ſchuldig ſey / wieder ſeinen Willen / ſich ſeines Vaters oder Muttern Gelübde theilhafftig zu machen / denn Eltern können ihren Kindern wol etwas anbefehlen / und ſie alſo præcipiendo zu etwas verbinden / Kinder ſind auch ſchuldig / vermöge des vierten Geboths / und ex Reverentia, ſo ſie denen Eltern ſchuldig / in billigen und müglichen Sachen ihnen zu gehorſamen / allein ſolches geſchicht nicht Krafft der Eltern Voti, ſondern was zu deinen Lippen ausgangen iſt / ſoltu halten / und darnach thun / wie du dem HErrn deinem GOtt freywillig gelobet haſt / das du aus deinem Munde geredet haſt / ſtehet Devter. 23, 23. Es kan auch gezwungen Werck GOtt gar nicht gefallen / welcher einen freywilligen GOttes-Dienſt und Thäter erfodert.

§. XV. Rectiſſime ergo à ſtudio Theologiæ receſſerunt, qvotqvot non ſine numine divini nutus inſtinctum ſcrutati ſunt altius, & circa ſtudia ſua luctam vocationis internæ cum pietate erga Parentes admiſere, ut pietas divinæ voluntati mox cederet. Liceat nobis illuſtri exemplo lectoribus ſiſtere conſultiſſimum illud omnis doctrinæ oraculum hujusqve Academiæ Palladium, præſidium & dulce decus noſtrum, incomparabilem Zieglerum, qvem beatiſſimus Parens, qvæ ipſius erat pietas, Theologiæ conſecratum cupiebat, qvare Zieglerus, qvi ad ſtudium juris naturali qvadam inclinatione ferebatur, anxius animi, ne vel Patri, cujus erat, ut omnes liberi debent, obſervantiſſimus, repugnando impietatis crimine ſeſe obſtringeret, vel eidem obſeqvendo vitæ genus, ad qvod natura non factus videretur, ſuſciperet, maluit in Academia Patria ſtudio ſacro operari, & eo ſolidiſſimæ induſtriæ conatu facile pertingebat, ut Candidatorum Theologiæ Primicerius merito haberetur. Sed ſubinde nutu interno animum dividebat alio, & qvaſi oraculi voce cœlitus percepiſſe animo videbatur: (qvod olim Brentius Hieronymo Gerhardo de ſtudiorum genere deliberanti reſponſum dedit) *in eccleſia non modo bonis & doctis Theologis, ſed probis qvoqve Jureconſultis opus fore: atqve unum Jureconſultum pium, intelligentem,*

gentem, amantem Religionis *ſæpenumero plus prodeſſe, qvam multos inſigniter doctos Theologos.* Volebat igitur PROUT RELIGIO, cujus ſemper fuit amantiſſimus, SUGGEREBAT, agere, & in ſtudio juris, annuente Patre voti religionem reſcindente, & in ſpem haud dubiam ingreſſo, fore, ut utrobiqve vota adimpleret filius, occepit elaborare, in qvo nunc Magnus juſtitiæ pariter Sacerdos ad invidiam usqve priſci ævi celebrrimorum Jure Conſultorum inclaruit. Deſeruiſſe enim eum Theologiam non habemus dicere, qvem placato ſemper Numine uti, & perpetuo illibatam vitæ ſanctimoniam ſervare cernimus, qvi invictis ſcriptis in tantum cauſam orthodoxæ eccleſiæ juvit defenditqve, in qvantum pii, intelligentis, & religionis amantis Jure Conſulti elogium, à Brentio adornatum nobisqve modo adductum intelligi poteſt. Zieglerum non eſt, qvod qvis qværat, *qva ratione etiamnum Theologiam & Jurisprudentiam conjuncto ſtudio tractare poſſit?* is enim vere cum Gabriele Mudæo (*auctore Philippo Melanchthone Tom. VII. Declamat.*) reſpondere poterit: *ſe non juris tantum, ſed & canonum, qvibus Theologia contineatur, Doctorem eſſe: nihilqve alienum jurisprudentia facere: qvæ non humanarum modo; ſed divinarum qvoqve rerum notitia definiretur.* Recte qvoqve & mature conſilium mutavit, qvod ſibi hoc vitæ genus parum conveniens eſſe ſentiret & animum ad jus adjecit *Henricus Rittershuſius*, Cunradi, Reipubl. Norimb. Conſiliarii & Academiæ eius qvondam Anteceſſoris celeberrimi Pater, qvi cum eſſet Juvenis Joachimum Morlinum & Martinum Kemnitium in ſchola publica Brunſvigæ docentes diligenter audivit tam epiſtolas Pauli, qvam Locos communes Philippi, qvorum hortatu ſæpe etiam coram Brunſvicenſibus conciones habuit, ceu ſcribit *Georg. Rittershuſius in vita Cunradi Parentis.* Superiori ſeculo qvoqve celebratus *Joh. Ferrarius*, qvi primum Theologiæ dabat operam & pro baccalaureatu in Theologia reſpondebat artium Magiſter. Sed cum naturæ & ingenio ſuo duceret aptiorem artis medendi ſcientiam, Witenbergæ Medicinam exercuit, & in eo ſtudio ita verſatus eſt, ut Licentiatus medicinæ publice ſit renuntiatus. Deinde Jurisprudentiæ dat operam, donec Profeſſor juris deſignaretur, ſcriberetqve Commentarium in Inſtitt. primus Doctor & Rector etiam Academiæ Marpurgenſis renunciatus. vid. *Nigidius in Catalogo Profeſſorum Marpurgenſium, & Chytræus in Saxonia.* Inſignis

gnis ille Philologus, Philoſophus atqve Medicus in Academia Hafnienſi *Caſpar Bartolinus*, Theologiæ ſtudio ſe dederat, eoqve animo Roſtochium ex Academia Patria commigrabat, audiebat ibidem D. Bacmeiſterum ſeniorem, D. Frederum, D. Stakium, D. Lobechium, in hac autem Academia Vitebergenſi integrum triennium tum Philoſophiæ tum Theologiæ diſcendæ inſumebat. *Vid. Caſp. Eraſmi Brochmandi oratio in obitum Bartolini.* Pariter *Joh. Antonides van der Linden*, *nobilis* in Belgio Medicus à Theologia recedens ſe impendit maxime in artem medicam. *vid. Joh. Cocceji oratio in obitum ejus.*

Recte viciſſim à reliqvis facultatibus aut aliis vitæ generibus ad ſtudia ſacra, utinam vero etiam omnes puram & Orthodoxam Evangelicam Theologiam eſſent amplexi, ſe contulerunt. Sunt ex iſtorum numero, qvos recenſet *Melchior Adamus in vitis Theologorum: Joh. Oecolampadius*, *Petrus Martyr*, *Antonius Sadeel*, *Urbanus Regius*, *Wolfgangus Fabricius Capito*, *Georgius Princeps Anhaltinus*, *Juſtus Jonas*, *Erhardus Snepfius*, *Caſpar Olevianus*, *Georgius Sohnius*, *Jacobus Andreæ*, *Lucas Bacmeiſterus*, *Adrianus Pauli*, *Urbanus Pierius*, *Theodorus Beza*, *Lambertus*, *Danæus*, *Calvinus*, qvorum fata miranda, ſæpius & occaſionem mutati conſilii ibidem legamus licet. Addimus his ex noſtratibus recentioribus *Job. Gerhardum*, de qvo ſupra ex Spizelio retulimus, & *Joh. Adam. Scherzerum* incomparabilem ex Medico Theologum. Memorabile eſt exemplum *M. Fauſtini Blennonis* Pyrizii Pomeranorum in urbe Patria ex Conſule Paſtoris conſecrati, cui muneri tanta cum laude præfuit, ut etiam Lubecenſes eum ad munus Paſtoris evocarent. Cum vero orationem ſacram hujus muneris auſpicatoriam habiturus obhæreſceret, planeqve deficeret ſermo, ſeqventi autem die maximo cum applauſu habitam abſolveret Concionem: (Ut Vir ad hoc munus probe inſtructus & Theologice doctiſſimus) omen ita interpretatus eſt, qvod Deus ipſi eccleſiam illam nollet deſpondere, qvare in Patriam repudiat, vocatione reverſus, ibi reliqvam vitam ad annum usqve qvartum ſupra ſeptuageſimum exegit. *vid. Zeileri Epiſtoliſche Schatz-Kammer Epiſt. 386. p. 441.* Jeſuitæ his jungerent exemplum *Martini Antonii Delrio*, qvem, cum multos jam commentarios in jus ſcripſiſſet, anno 1580. ex Brabantino Cancellario Pinciæ factum ſuæ

Socie-

Societatis Presbyterum ſcribit *Alegambe in Biblioth.* Jeſuitica. p. 324. Ex Patribus notiſſimum eſt exemplum, *Tertulliani*, cujus commutatum ſtudium *Libro elegantiſſimo de Pallio*, qvo ipſo conſilium ſuum & ſuſcepta Chriſti ſacra adverſus irriſores, qvi eum vitam Civilem, in qva Patris induſtria inter gentiles nobilitata erat, ſecuturum putabant. Nos de omnibus, qvotqvot ad veram Theologiam, Doctrinam Evangelicam toto animo ſe converterunt, factis orthodoxæ eccleſiæ noſtræ anteſignanis & veritatis aſſertoribus idoneis, exclamamus illud Tertulliani: *Gaude Pallium & exulta, melior jam te Philoſophia dignata eſt, poſtqvam veſtiviſti* Angelos Jehovæ exercituum, Diſpenſatores myſteriorum DEI, Viros & ſervos DEI, amicos & cooperarios Chriſti,

cui

cum Patre & Spiritu S.

ſit

LAUS & GLORIA!